

BREVIARIUM STRIGONIENSE
Proprium de Tempore in Æstate

MONUMENTA RITUALIA HUNGARICA

SERIES PRACTICA

Tomus IV/h

Seriem redigit

Blasius Déri

Universitas de Rolando Eötvös nominata

Facultas Artium

Institutum Antiquitatis

Cathedra Litterarum Latinarum

[http:// latin.elte.hu/mrh](http://latin.elte.hu/mrh)

MONUMENTA RITUALIA HUNGARICA
Series Practica IV/h

BREVIARIUM STRIGONIENSE

Proprium de Tempore in Æstate
(editio ad experimentum)

Argumentum

Eötvös Loránd Tudományegyetem
Bölcsészettudományi Kar
Latin Tanszék

BUDAPEST 2023

Készült az MTA-ELTE Lendület Liturgiátörténeti Kutatócsoport
„A magyar középkor európai összefüggésben: A legkorábbi
szertartáskönyvek átfogó elemzése” programjának keretében.



Átírás, szöveggondozás
NÉNYEI SÁRA

Kottagrafika
CSONKA SZABINA BABETT

Szerkesztette és lektorálta
FÖLDVÁRY MIKLÓS ISTVÁN

A zenei anyagot gondozta
SZOLIVA GÁBRIEL OFM

Közreműködött
SZŐNYI ÉVA JÚLIA, MEZEI JÁNOS, DÉRI BALÁZS

ISBN 978-963-446-829-5

© Argumentum Publishing House, 2023
© Nényei Sára, Csonka Szabina Babett,
Földvály Miklós István, Szoliva Gábiel 2023

*All rights reserved. No part of this book may be reproduced or translated
in any form, by print, photoprint, microfilm, microfiche, digital copy
or any other means without written permission from the publisher.*

PRINTED IN HUNGARY

DOMINICA PRIMA IN ÆSTATE

ad vesperas

Antiphona: Benedíctus. Psalmus: Ipsum.

Capitulum

CARÍSSIMI. Deus caritas est; in hoc apparuit caritas Dei in nobis, quóniam Fílium suum unigénitum misit Deus in mundum, ut vivámus per eum. Deo.


Responsorium · 8

Dó - mi - nus, * qui e - rí - pu - it me de o - re
le - ó - nis, et de ma - nu bé - sti -
æ li - be - rá - vit me, * i - pse me e - rí -
pi - et de má - ni - bus in - i - mi - có - rum
me - ó - rum. **V.** Mi - sit De - us mi - se - ri - cór -
di - am su - am et ve - ri - tá - tem su - am; á - ni - mam
me - am e - rí - pu - it de mé - di - o ca - tu - ló - rum



le - ó - num. **I** - pse.

Responsorium · 7



Plan-xit * au-tem Da-vid plan-ctu ma-gno
 su-per Sa-ul et Ió-na-than, fí-li-um e-ius,
 et di-xit: * Quó-mo-do ce-ci-dé-runt for-tes in
 bel-lo, et ** in-ter-i-é-runt ar - -
 - - - ma bél-li-ca! **V.** Mon-tes
 Gél-bo-e, nec ros, nec plú-vi-a su-per vos de-
 scén-dat! Quó-mo-do. Gló-ri-a Pa-tri et
 Fí-li-o et Spi-rí-tu-i San-cto! **I**n-ter-



i - é - runt.

Hymnus: O, Pater sancte.

Versiculus

V. Vespertina oratio ascéndat ad te, Dómine!

R. Et descéndat super nos misericórdia tua!

Ad Magnificat antiphona - 1g1



Ló-que-re, Dó-mi-ne, * qui - a au - dit ser-



vus tu-us! E u o u a e.

Ad Magnificat antiphona - 1d1



Quis e - nim * in ó-mni-bus, sic-ut Da-vid fi - dé - lis,



in-vén-tus est in re-gno su-o, e-gré-di-ens et re-




gré-di-ens, et per-gens ad im-pé-ri-um re-gis.




E u o u a e.

Ad Magnificat antiphona · 8g1



Di - xít - que * David ad Dó - mi - num, cum vi - dís - set án - ge -
 lum, caédén - tem pó - pu - lum: E - go sum, qui pec - cá - vi, e - go
 in - í - que e - gi, i - sti, qui o - ves sunt, quid fe -
 cé - runt? E u o u a e.

Ad Magnificat antiphona · 8g1




Sa - ul et Ió - na - thas, * a - má - bi - les et de - có - ri
 in vi - ta su - a, in mor - te quo - que non sunt se -
 pa - rá - ti. A - qui - lis ve - lo - ci - ó - res, le - ó -
 ni - bus for - ti - ó - res; quó - mo - do ce - ci - dé - runt for - tes
 in præ - li - o, et per - i - é - runt ar - ma bél - li - ca!



In - cly - ti Is - ra - el, fle - te! E u o u a e.

Ad Magnificat antiphona · 1g1



Mons Gél - bo - e, * nec ros, nec plú - vi - a vé - ni - ant
 su - per te, qui - a in te ab - ié - ctus est clý - pe - us
 fór - ti - um, clý - pe - us Sa - ul, qua - si non es - set unctus
 ó - le - o! Sa - ul et Ió - na - thas a - má - bi - les
 et de - có - ri val - de in vi - ta su - a, in mor - te quoque
 non sunt se - pa - rá - ti. E u o u a e.

Oratio

DEUS, in te sperántium fortitúdo: adésto propítius invocatió nibus
 nostris, et, quia sine te nihil potest mortális infírmitas, præsta
 auxiliúm grátiae tuæ, ut, in exsequéndis mandátis tuis, et voluntáte
 tibi, et actiõe placeámus! Per.

Suffragia quære in fine.

Ad matutinum

Invitatorium: Regem magnum, ut in psalterio, per totum cum suis psalmis et antiphonis.

Lectio I.

FUIT vir unus de Rámátha Sophin de monte Ephraim, et nomen eius Hélchana, filius Ierobóam, filii Héliu, filii Thau, filii Suph, Ephrathæus. Et hábuit duas uxóres, nomen uni Anna, et nomen secundæ Phenénna. Fuerúntque Phenénnæ filii. Annæ autem non erant líberi. Et ascendébat vir de civitaté sua statútis diébus, ut adoráret et sacrificáret Dómino exercítuum in Silo. Erant autem ibi duo filii Heli, Ophni et Phínees, sacerdótes Dómini. Tu.

Responsorium · 1

De - us ó - mni - um * ex - au - dí - tor est, i - pse mi - sit
 án - ge - lum su - um, et tu - lit me de ó - vi - bus
 pa - tris me - i, * et un - xit me
 un - cti - ó - ne mi - se - ri - cór - di - æ su - æ.
 V. Dó - mi - nus, qui e - rí - pu - it me de o - re le -
 ó - nis, et de ma - nu bé - sti - æ li - be - rá -

i te - cum in ó-mni - bus, u - bi - cúm-que
 am - bu - lá - sti, * fir - mans regnum tu - um
 in æ - tér - num. **V.** Fe - cí - que ti - bi nomen grande
 iux - ta no - men ma - gnó - rum, qui sunt in ter - ra, et ré -
 qui - em de - di ti - bi ab ó-mni - bus in - i - mí - cis
 tu - is. **Fir - mans.**

In secundo nocturno

Antiphona: Bonórum meórum, **ut in psalterio.** **Psalmus:** Consérva.

Lectio IV.

NON est sanctus, ut est Dóminus, neque enim est álius extra te, et non est fortis, sicut Deus noster. Et réliqua. Bene dictum est: Non est sanctus, ut est Dóminus, quia nullus eius sanctitáti se æquáre valet. Distinctióne útitur. Non dixit: nisi Dóminus, sed: nullus est sanctus, ut Dóminus, sanctus et sanctíficans, iustus et iustíficans. Nam hoc considerábat psalmísta, quando dicébat: Quis in núbibus æquábitur Dómino, aut quis erit símilis Deo inter fílios Dei? Unde et mérito subinfértur: *Neque enim est álius extra te, et non est fortis, sicut Deus noster.* Tu.

Responsorium · 8


Mon-tes * Gél- bo - e, nec ros, nec plú - vi -
 a vé - ni - at su - per vos, * u - bi ce - ci - dé -
 runt for - tes Is - ra - el. **V.** O - mnes montes
 in cir - cú - i - tu e - ius ví - si - tet Dó - mi - nus; a Gél -
 bo - e tráns - e - at! **U** - bi.

Lectio V.

QUIA nemo fit sanctus, nisi ab ipso sanctificátus fúerit, et non so -
 lum sanctus, sed nec consístere valet, nec áliquam fortitúdinem
 potest habére, nisi ab ipso percéperit. Hinc Paulus apóstolus ait:
 Quóniam in ipso vívimus, movémur · et sumus. Hinc suis discípulis
 ipsa Véritas ait: Sine me nihil potéstis fácere. Et, si sunt, qui dicúntur
 dii multi et dómini multi, nullus tamen eórum est naturáliter, sicut
 est Deus noster. Tu.

Responsorium · 4

Ex- au - dí - sti, * Dó - mi - ne, o - ra - ti - ó - nem
 ser - vi tu - i, ut æ - di - fi - cá - rem tem - plum



nó - mi - ni tu - o. * Bé - ne - dic, et san -
 ctí - fi - ca do - mum i - stam in semp - i - tér - num,
 De - us Is - ra - el! V. Dó - mi - ne, qui cu - stó -
 dis pa - ctum et mi - se - ri - cór - di - am cum ser - vis tu - is,
 qui ám - bu - lant co - ram te in to - to cor - de su - o.
 Bé - ne - dic.

Lectio VI.

REDÁRGUIT sancta Ecclesia Iudæos et sapiéntes huius sæculi, ex tolléntes se contra sciéntiam Dei, ne superbe sápiant, ne prave de Deo séntiant, sed humília et sápiant, et loquántur. Scriptum namque est: Dóminus in cælo, et tu super terram, idcirco pauci sint sermónes tui! Recédant, inquam, vétera legis de ore ipsórum, et cétera, quæ ad véterem hóminem pértinent, id est, ad carnálem conversatió - nem · et sciéntiam, quæ ex Deo est, inquirere sátagent! Non sint in humana et carnáli sciéntia legis gloriántes, et non éxeat vanilóquium de ore ipsórum, et sciant, quia nemo potest habére, nisi ab ipso per céperit sciéntiam veritátis, quia ipse est scientiárum Dóminus! Tu.

Responsorium · 8

Dó - mi - ne, * si convér - sus fú - e - rit pó - pu - lus
 tu - us, o - rá - ve - rit ad san - ctu - á - ri - um
 tu - um. * Tu ex - áu - di - es in cæ - lo, Dó - mi - ne,
 et lí - be - ra e - os de má - ni - bus in - i - mi -
 có - rum e - ó - rum! **V.** Si pec - cá - ve - rit
 in te pó - pu - lus tu - us, et con - vér - sus é - ge - rit pæ -
 ni - tén - ti - am, ve - ni - éns - que o - rá - ve - rit in
 lo - co i - sto. **Tu** ex - áu - di - es.

Homelia: Homo quidam erat dives. **Quære in Quadragesima post dominicam secundam, feria quinta.**

Responsorium · 1

Au - di, * Dó-mi - ne, hy-mnum et o - ra - ti - ó - nem,
 quam ser-vus tu - us o - rat co - ram te hó -
 di - e, ut sint ó - cu - li tu - i a - pér - ti,
 et au-res tu - æ in - tén - tæ * su - per
 do - mum i - stam di - e ac
 no - cte. **V.** Ré - spi - ce, Dó-mi - ne, de san-ctu - á - ri -
 o tu - o, et de ex-cél - so cæ - ló - rum ha - bi -
 tá - cu - lo! **Su - per** do - mum.


Responsorium · 3

Pec - cá - vi * su - per nú - me - rum a - ré - næ

ma - ris, et mul - ti - pli - cá - ta sunt pec - cá -
 ta me - a, et non sum di - gnus vi - dé - re
 al - ti - tú - di - nem cæ - li præ mul - ti - tú - di - ne in -
 i - qui - tá - tis me - æ, quó - ni - am ir - ri - tá - vi
 i - ram tu - am, * et ma - lum co - ram
 te fe - ci. **V.** Quó - ni - am in - i - qui - tá - tem me - am
 e - go a - gnó - sco, et pec - cá - tum me - um¹ co - ram me
 est semper; ti - bi so - li pec - cá - vi.
Et ma - lum.


¹ Edd. et] delictum meum

Responsorium · 3



Præ-pa - rá - te * cor-da ve-stra Dó - mi - no,
 * et ser-ví - te il - li so - li, et li - be - rá -
 bit vos de má - ni - bus in - i - mi - có - rum
 ve - stró - rum. **V.** Au-fér - te de - os a - li -
 é - nos de mé - di - o ve - stri! **Et** ser -
 ví - te.

Responsorium · 1




Factum est, * dum tól - le - ret Dó - mi - nus E -
 lí - am per túr - bi - nem in cæ - lum, E -
 lí - sé - us cla-má-bat, di - cens: * Pa-ter mi, pa-ter

mi, cur-rus Is-ra-el et áu-ri-ga
 e - ius! **V.** E - le - va - vít - que pál - li - um E - lí - æ,
 quod ce - cí - de - rat e - i, per - cus - sít - que a - quas,
 et di - xit. **P**a - ter mi.

Responsorium · 4

Re - cor - dá - re, Dó - mi - ne, * te - sta - mén - ti tu - i,
 et dic án - ge - lo per - cu - ti - én - ti: Ces - set iam
 ma - nus tu - a, * ut non de - so - lé - tur
 ter - ra, et ne per - das om - nem á - ni - mam
 vi - vam! **V.** Qui - é - scat i - ra tu - a, Dó - mi - ne,




a pó - pu - lo tu - o, et a ci - vi - tá - te san -
cta tu - a! **Ut** non de - so - lé - tur.²

Te Deum laudámus.

Ad laudes


Antiphona: Indútus est Dóminus. **Psalmus:** Dóminus regnávít et cetera, ut in psalterio, per totum. **Capitulum, ut supra, de primis vesperis.** **Hymnus:** Ecce, iam noctis. **Versículus:** Dóminus regnávít.

Ad Benedictus antiphona · 1g1



Ho- mo quidam * e - rat di - ves, et in - du - e - bá - tur púr -
pu - ra et bys - so, et e - pu - la - bá - tur cot - tí - di - e
splén - di - de. Et e - rat quidam men - dí - cus, nó - mi - ne
Lá - za - rus, qui ia - cé - bat ad iá - nu - am e - ius ul - cé -
ri - bus plenus, cú - pi - ens sa - tu - rá - ri de mi - cis,

² BNS add *resonsorium* Planxit autem David, ut supra, sed sine Gloria Patri.



quæ ca - dé - bant de men - sa dí - vi - tis, et ne - mo il - li
 da - bat, sed et ca - nes ve - ni - é - bant, et lin - gé - bant úl -
 ce - ra e - ius, al - le - lú - ia. E u o u a e.

Oratio, ut supra, cum ceteris suffragiis. Ad primam, ut in psalterio, cum suis antiphonis et psalmis et capitulo et ceteris. Ad tertiam, sextam et nonam similiter, ut in psalterio, præter capitulum et orationem, et cetera.

Ad sextam

Capitulum

CARÍSSIMI. Si Deus diléxit nos, et nos debémus ínvicem dilígere. Deum nemo vidit umquam. Si diligámus ínvicem, Deus in nobis manet, et cáritas eius in nobis perfécta est. In hoc intelligimus, quóniam in ipso manémus, et ipse in nobis, quóniam de Spíritu suo dedit nobis. Deo.

Ad nonam

Capitulum

CARÍSSIMI. Si quis díxerit, quóniam díligo Deum, et fratrem suum óderit, mendax est. Qui enim non díligit fratrem suum, quem videt, Deum, quem non videt, quómo - do potest dilígere? Et hoc mandátum habémus a Deo, ut, qui díligit Deum, díligat et fratrem suum. Deo.


Ad secundas vesperas

Antiphona: Sede a dextris. **Psalmus:** Dixit Dóminus cum ceteris antiphonis et psalmis.

Capitulum: Dóminus autem dírigat, **ut in psalterio.** **Responsorium:** Quam magnificáta.


Hymnus: Lucis creátor. **Versiculus:** Dirigátur, Dómine, orátio mea.

Ad Magnificat antiphona · 1d1




E - le - vans au - tem di - ves * ó - cu - los su - os, cum es - set
 in tor - mén - tis, vi - dit A - bra - ham a lon - ge, et Lá -
 za - rum in si - nu e - ius, et i - pse, cla - mans di - xit:
 Pa - ter A - bra - ham, mi - se - ré - re me - i!
 E u o u a e.

Ad Magnificat antiphona · 8g2




Pa - ter A - bra - ham, * mi - se - ré - re me - i, et mit - te
 Lá - za - rum, ut in - tín - guat ex - trémum dí - gi - ti su - i



in aquam, ut re- frí- ge- ret linguam meam! E u o u a e.

Ad Magnificat antiphona · 8g1



Fi - li, * re - cor - dá - re, qui - a re - ce - pí - sti bo - na in



vi - ta tu - a, et Lá - za - rus si - mí - li - ter ma - la!



E u o u a e.

Et iam hic, quando de feria agitur, responsoria de dominica dicuntur, laudes vero de psalterio, et cetera.

PER HEBDOMADAM

Lectio I.

PUER autem Sámuel ministrábat Dómino coram Heli, et sermo Dómini erat pretiósus. In diébus illis non erat visio manífesta. Factum est ergo in die quadam, Heli iacébat in lecto suo, et óculi eius caligáverant, nec póterat vidére lucérnam Dei, ántequam exstinguerétur. Tu.

Lectio

SÁMUEL autem dormiébat in templo Dómini, ubi erat arca Dei. Et vocávit Dóminus Sámuel. Qui respóndens, ait: Ecce ego. Et cucúrrit ad Heli, et dixit ei: Ecce, ego, vocásti enim me. Qui dixit: Non vocávi. Revértere, et dormi! Et ábiit, et dormívit. Tu.

Lectio

ET adiécit Dóminus vocáre rursum Sámuel. Consurgénsque Sámuel, et ábiit ad Heli, et dixit: Ecce, ego, quia vocásti me. Qui respóndit: Non vocávi te, fili mi, revértere, et dormi! Porro Sámuel necdum sciébat Dóminum, neque revelátus fúerat ei sermo Dómini. Tu.

Lectio

ET adiécit Dóminus, et vocávit adhuc Sámuel tértio. Qui consurgens, ábiit ad Heli, et dixit: Ecce ego, quia vocásti me. Intelléxit ígitur Heli, quia Dóminus vocáret púerum, et ait ad Sámuel: Vade, et dormi! Et, si deinceps vocáverit te, dices: Lóquere, Dómine, quia audit servus tuus! Tu.

Lectio

ABIIT ergo Sámuel, et dormívit in loco suo. Et venit Dóminus, et stetit, et vocávit, sicut vocáverat, secúndo: Sámuel, Sámuel! Et ait Sámuel: Lóquere, Dómine, quia audit servus tuus! Et dixit Dóminus ad Sámuel: Ecce, ego fácio verbum in Israel, quod quicúmque audierit, tínnient ambæ aures eius. Tu autem.

Lectio

DORMÍVIT autem Sámuel usque mane. Aperuítque óstia domus Dómini, et Sámuel timébat indicáre visiónem Heli. Vocávit ergo Heli Samuélem, et dixit ei: Sámuel, fili mi! Qui respóndens, ait: Præsto sum. Et interrogávit eum: Quis est sermo, quem locútus est Dóminus ad te? Oro te, ne celáveris a me. Tu autem.

Lectio

HÆC fáciat tibi Dóminus, et hæc addat, si absconderis a me sermonem ex ómnibus verbis, quæ dicta sunt tibi. Indicávit itaque ei Sámuel univérsos sermónes, et non abscondit ab eo. Tu autem.

Lectio

ET ille respóndit: Dóminus est. Quod bonum est in óculis suis, fáciat! Crevit autem Sámuel, et Dóminus erat cum eo, et non cecidit ex ómnibus verbis eius ad terram. Tu autem.

Lectio

ET cognóvit univérsus Israel, a Dan usque Bersabée, quod fidélis Sámuel prophéta esset Dómini. Et áddidit Dóminus, ut apparéret in Silo, quóniam revelátus fúerat Dóminus Samuéli in Silo iuxta verbum Dómini, et evénit sermo Samuélis univérso Israéli. Tu.

DOMINICA SECUNDA

ad vesperas

Antiphona: Benedíctus. Psalmus: Ipsium.

Capitulum

CARÍSSIMI. Nolíte mirári, si odit vos mundus! Nos scimus, quóniam transláti sumus de morte ad vitam, quóniam dilígimus fratres. Deo.

Responsorium: Dóminus, qui erípuit. Hymnus: O, Pater sancte. Versiculus: Vespertína orátio.

Ad Magnificat antiphona · 1g1

Co - gno - vé - runt o - mnes * a Dan us - que Ber - sa -
 bé - e, quod³ fi - dé - lis Sá - mu - el prophé - ta es - set
 Dó - mi - ni. E u o u a e.

Oratio

SANCTI nóminis tui, Dómine, timórem páriter et amórem fac nos habére perpétuum, quia numquam tua gubernatióne destítuis, quos in soliditaté tuæ dilectiónis instítuis! Per.

Suffragia et alia omnia, ut supra.

³ Edd. Bersabee] quoniam

[Ad matutinum]

Lectio I.

CUM venisset David, adductus ad Saul, locutus est ei: Non concidat cor cuiusquam in Philistæo! Ego, servus tuus, vadam, et pugnabo adversus eum. Et ait Saul ad David: Non vales resistere Philistæo isti, nec pugnare adversus eum, quia puer es; hic autem vir bel-lator ab adolescentia sua. Tu.

Historia, ut supra.

Lectio II.

DIXITQUE David ad Saul: Pascēbat servus tuus gregem patris sui, et veniebat leo vel ursus, tollebatque arietem de medio gregis, et sequēbar eos, et percutiebam, eruebāque de ore eorum. Et illi consurgēbant adversum me, et apprehendēbam mentum eorum, et suffocābam, interficiebāque eos. Nam et leonem et ursum interfeci ego, servus tuus. Erit igitur et Philistæus hic incircumcīsus, quasi unus ex eis, qui ausus est maledicere exercitum Dei vivētis.

Lectio III.

ET ait David: Dōminus, qui eripuit me de ore leōnis et de manu ursi, ipse liberābit me de manu Philistæi huius. Dixit autem Saul ad David: Vade, et Dōminus sit tecum! Induitque Saul David vestimētis suis, et impōsuit gāleam æream super caput eius, et vestivit eum lōrica. Accinctus ergo David gladio eius super vestem suam, cœpit tentāre, si armātus posset incēdere. Non enim habēbat consuetudinem. Tu autem.

Lectio IV.

PROCEDĒBAT *Philistæus mane et vespere per quadraginta dies*. Et reliqua. Quadraginta dies, quibus Gólias adversus pópulos Israel stētisse narrātur, omne tempus vitæ præsēntis propter denārii nūmeri perfectiōnem atque mundi quattuor partes sive quattuor elemēta, e quibus visibīlis creatūra constat figúram habuisse, non dúbium est. Tu.

Lectio V.

DAVID a patre suo, ad visitāndum fratres, missus est; et Christus Dōminus a Deo Patre ad oves, quæ periērunt domus Israel, se destinātum dicit. David ephi poléntæ, hoc est, trium modiórum men-

súram frátribus suis détulit, sic et Christus per novam doctrínam, quam Ecclésiæ suæ trádedit, mystérium sanctæ Trinitátis cunctis credéntibus commendávit. Tu.

Lectio VI.

DAVID decem forméllas cásei tribúno détulit, et Dóminus Iesus Christus decálogum legis pópulo Iudæórum trádedit. David arma Sáulis depósuit, quia et Christus corporália sacraménta legis atque carnália bella, quæ non sunt impósita géntibus, réppulit. David rufus et pulcher fuisse narrátur, quia de Dómino nostro, Iesu Christo in Cánticis Canticórum Ecclésiá dicit: Diléctus meus cándidus et rubicúndus, eléctus ex mílibus. De cuius pulchritúdine supérius prælibávimus. Tu.

Secundum Lucam

IN illo témpore. Dixit Iesus discípuhis suis similitúdinem hanc: Homo quidam fecit cenam magnam, et vocávit multos. Et misit seruum suum hora cenæ, dícere invitátis, ut venírent, quia iam paráta sunt ómnia. Et réliqua.

Homélia beáti Gregórii papæ.

Lectio VII.

HOC distáre, fratres caríssimi, inter delícias córporis et cordis solet, quod corporáles delíciæ, cum non habéntur, grave in se desidérium accéndunt. Cum vero hábitæ edúntur, comedéntem prótinus in fastídium per satietátem vertunt. At contra, spiritáles delíciæ, cum non habéntur, in fastídio sunt, cum vero habéntur, in desidério. Tu.

Lectio VIII.

TANTÓQUE a comedénte ámplius esuriúntur, quanto ab esuriénte ámplius comedúntur. In illis appetítus placet, experiéntia displicet. In istis appetítus vilis est, experiéntia magis placet. In istis appetítus saturitátem, satúritas fastídium génerat. In istis autem appetítus saturitátem, satúritas appetítum parit. Tu.

Lectio IX.

AUGENT enim spirituáles delíciæ desidérium in mente, dum sátiant, quia, quanto magis eárum sapor percípitur, eo ámplius cognóscitur, quod avidius amétur. Et idcirco non hábitæ amári non possunt, quia eárum sapor ignorátur. Quis enim amáre váleat, quod

ignórat? Proínde Psalmísta nos ádmonet, dicens: Gustáte, et vidéte, quóniam suávis est Dóminus! Ac si apérte dicat: Suavitátem eius non cognóscitis, si hanc mínime gustátis, sed cibum vitæ ex paláto cordis tángite, ut, probántes eius dulcédinem, amáre valeátis! Tu.

[Ad laudes]

Ad Benedictus antiphona · 3a1

Ho-mo qui - dam * fe - cit ce - nam magnam, et vo - cá - vit
mul - tos, et mi - sit servum su - um ho - ra ce - næ, dí - ce -
re in - vi - tá - tis, ut ve - ní - rent, qui - a ó - mni - a pa - rá -
ta sunt, al - le - lú - ia. E u o u a e.

Ad sextam

Capitulum

CARÍSSIMI. Omnis, qui odit fratrem suum, homicída est, et scimus, quia omnis homicída non habet vitam ætérnam, in se manéntem. In hoc cognóvimus caritátem Dei, quóniam ille pro nobis ánimam suam pósuit, et nos debémus pro frátribus ánimas pónere. Deo.


Ad nonam

Capitulum

CARÍSSIMI. Qui habúerit substántiam mundi, et viderit fratrem suum, necessitátem patiéntem, et cláuserit víscera sua ab eo, quómo- modo caritas Dei manet in eo? Filióli mei, non diligámus verbo, ne- que lingua, sed ópere et veritáte! Deo.


[Ad secundas vesperas]

Ad Magnificat antiphona · 1a1



E - xi ci - to * in pla - té - as et vi - cos ci - vi - tá - tis,
 et páu - pe - res ac dé - bi - les, cæ - cos et clau - dos com -
 pél - le in - trá - re, ut im - ple - á - tur do - mus me - a,
 al - le - lú - ia! E u o u a e.

Ad Magnificat antiphona · 1g2



Dó - mi - ne, * fa - ctum est, ut im - pe - rá - sti, et ad - huc
 lo - cus est. E u o u a e.

PER HEBDOMADAM

Lectio I.

DIXITQUE David ad Saul: Non sic possum incédere, quia nec usum hábeo. Et depósuit ea, et tulit báculo suum, quem semper habébat in má nibus. Et elégit sibi quinque limpidíssimos lápides de torrén te, et misit eos in peram pastorálem, quam habébat secum, et fundam manu tulit, et procéssit advérsus Philistáeum. Tu.

Lectio

IBAT autem Philistáeus incédens, appropínquans advérsus David, et ármiger eius ante eum. Cumque inspexíssset Philistáeus, et vidíssset David, despéxit eum. Erat enim adoléscens rufus, et pulcher aspéctu. Tu.

Lectio

DIXITQUE Philistáeus ad David: Numquid canis ego sum, quod tu venísti ad me cum báculo? Et maledíxit Philistáeus David in diis suis. Dixítque ad David: Veni ad me, et dabo carnes tuas volatílibus cæli et béstiis terræ. Tu.

Lectio

DIXIT autem David ad Philistáeum: Tu venis ad me cum gládio et hasta et clípeo, ego autem vénio ad te in nómine Dómini exercítuum, ágminum Israel, quibus exprobrásti hódie, et dabit te Dóminus in manu mea, et percútiám te, et áuferam caput tuum a te. Tu.

Lectio

ET dabo cadávera castrórum Philístiim hódie volatílibus cæli et béstiis terræ, ut sciat omnis terra, quia est Dóminus in Israel, et nóverit univérsa ecclésia hæc, quia nec in gládio, nec in hasta salvat Dóminus. Ipsíus est enim bellum, et tradet vos in manus nostras. Tu.

Lectio

CUM ergo surrexíssset Philistáeus, et veníret, et appropínquáret contra David, festinávit David, et cucúrrit ad pugnam ex advérso Philistáei. Et misit manum suam in peram, tulítque unum lápitem, et funda iecit circumdúcens, et percússit Philistáeum in fronte,

et infixus est lapis in fronte eius, et cecidit in faciem suam super terram. Prævaluitque David adversus Philistæum in funda et lapide, percussúmque Philistæum interfecit. Tu autem.

Lectio

VIDENTES autem Philistiim, quod mortuus esset fortissimus eorum, fugerunt. Et, consurgentes viri Israel et Iuda, vociferati sunt, et persecuti sunt Philistæos, usquedum venirent in vallem, et usque ad portas Accaron. Tu.

Lectio

CECIDERÚNTQUE vulnerati de Philistiim in via Sarim usque Geth et usque Accaron. Et, revertentes filii Israel, postquam persecuti sunt Philistæos, invasérunt castra eorum. Assuménsque David caput Philistæi, attulit illud Ierúsalem, arma vero eius posuit in tabernaculo suo. Tu.

Lectio

EO autem tempore, quo viderat Saul David, egredientem contra Philistæum, ait ad Abner, principem militiæ: De qua stirpe descendit hic adolescens, Abner? Dixitque ei Abner: Vivit ánima tua, rex, si novi. Tu autem.

DOMINICA TERTIA

ad vespas

Antiphona: Benedíctus. Psalmus: Ipsum.

Capitulum

CARÍSSIMI. Humiliámini sub poténti manu Dei, ut vos exáltet in tempore visitatiónis, omnem sollicitúdinem vestram proiciétes in eum, quóniam ipsi cura est de vobis! Deo.

Responsorium: Ego te tuli de. Hymnus: O, Pater sancte. Versiculus: Vespertína orátio.

Ad Magnificat antiphona · 8g

Præ-vá-lu-it Da-vid * in Phi-li-stæ-um in fun-da et
lá-pi-de in nó-mi-ne Dó-mi-ni. E u o u a e.

Oratio

PROTÉCTOR in te sperántium, Deus, sine quo nihil est válidum, nihil sanctum: múltiplica super nos misericórdiam tuam, ut, te rectóre, te duce, sic transeámus per bona temporália, ut non amittámus aetérna! Per.

Suffragia, ut supra.

[Ad matutinum]

Lectio I.

CONGREGÁVIT Saul univérsum Israel, et venit in montem Gélboe. Et vidit Saul castra Philístiim, et tímuit, et expávit cor eius nimis. Consuluítque Dóminum, et non respóndit ei, neque per sómnia, neque per sacrificia, neque per sacerdótes, neque per prophétas. Dixítque Saul servis suis: Quærite mihi mulierem, habéntem pythónem, et vadam, et sciscitábor per illam. Tu.

Lectio II.

ET dixerunt servi eius ad eum: Est múlier, habens pythónem, in Endor. Mutávit ergo Saul hábitum suum, vestitúsque áliis vestiméntis, ábiit ipse, et duo viri cum eo. Venerúntque ad mulierem nocte, et ait: Divína mihi in pythóne, et súscita mihi, quem díxero tibi! Et ait múlier ad eum: Ecce, tu nosti, quanta fécerit Saul, et quómodo eráserit magos et hariolos de terra. Quare ergo insidiáris ánimæ meæ, ut occídar? Tu.

Lectio III.

ET iurávit Saul in Dómino, dicens: Vivit Dóminus, quia non véniet tibi quicquam mali propter hanc rem. Dixítque ei múlier: Quem

suscitábo tibi? Qui ait: Samuélem súscita mihi! Cum audísset múlter, Samuélem, exclamávit voce magna, et dixit ad Saul: Quare ergo imposuísti mihi? Tu es enim Saul. Tu.

Lectio IV.

DIXITQUE ei rex: Noli timére! Quid vidísti? Et ait múlter ad Saul: Deos vidi, ascendentes de terra. Dixitque ei: Qualis est forma eius? Quæ ait: Vir senex ascéndit, et ipse amíctus pállio. Intelléxit Saul, quod Sámuel esset, et inclinávit se super fáciem suam in terram, et adorávit. Tu.

Lectio V.

QUÆSIVIT Saul *pythoníssam*, quæ suscitáret ei Samuélem. Statímque suscitátus, ait ad eum: Quare inquietásti me, ut suscitárer? Et cétera. Quæritur secúndum históriam, utrum pythoníssa ipsum prophétam de inférno evocáverit, an áliquam imagináriam illusióne, fallácia dáemonum factam. Tu autem.

Lectio VI.

DE qua quæsióne beátæ memóriæ Augustínus epíscopus Simpliciano, Mediolanénsi epíscopo · ita scripsit: Inquiris, inquam, utrum potúerit málgnum spíritus excitáre ánimam iusti, et tamquam de ábditis mortuórum receptáculis evocáre, et ut viderétur, et loquerétur cum Saul. Nonne magis mirándum fuit, quod Sátanas ipsum Dóminum assúmpsit, et constituit super pinnam templi? Quólibet enim modo fécerit, factum est ita, ut Sámuel excitarétur. Tu autem.

Secundum Lucam

IN illo témpore. Erant appropinquántes ad Iesum publicáni et peccatóres, ut audírent eum. Et murmurábant pharisæi et scribæ, dicentes, quia hic peccatóres récipit, et mandúcat cum illis. Et reliqua.

Homélia beáti Gregórii papæ.

Lectio VII.

ÆSTIVUM tempus, quod córpori meo valde contrárium est, loqui me de expositióne sancti Evangélii, longa mora interveniēte, prohibuit, sed non, quia lingua táciuit, ardére caritas cessávit. Hoc ét enim dico, quod apud se unusquisque vestrum agnóscit. Plerúmque caritas, quibúsdam occupatiónebus præpedíta, et íntegra flagrat in corde, et tamen non monstrátur in ópere, quia et sol, cum nube tégitur, non vidétur in terra, et tamen ardet in cælo. Tu.

Lectio VIII.

SIC, sic occupáta cáritas ágere solet: intus vim sui ardóris éxserit, et foris flammás óperis non osténdit. Sed, quia nunc ad loquéndum tempus rédiit, vestra me stúdia accéndunt, ut mihi tanto plus loqui líbeat, quanto hoc vestráe mentes desiderábilius expéctant. Audístis in lectiône, fratres mei, quia peccatóres et publicáni accessérunt ad Redemptórem nostrum, et non solum ad colloquéndum, sed étiam ad vescéndum recépti sunt. Quod, vidéntes pharisæi, dedignáti sunt. Ex qua recollígite, quia vera iustítia compassiõem habet, falsa iustítia dedignatiõem, quamvis et iusti sóleant recte peccatóribus indignári. Tu autem.

Lectio IX.


SED áliud est, quod ágitur typo supérbiae, áliud, quod zelo disciplinæ. Dedignántur étenim, sed non, dedignántes, desperánt, sed non, desperántes, persecutiõem cómmovent, sed amántes, quia, etsi foris increpatiõem per disciplinam exággerant, intus tamen dulcédinem per caritátem servant. Præpónunt sibi in ánimo ipsos plerúmque, quos córrigunt, et meliøres exístimant eos quoque, quos iúdicant. Quod vidélicet agéntes, et per disciplinam súbditos, et per humilitátem custódiunt semetípsos. Tu autem.

[Ad laudes]

Ad Benedictus antiphona · 3g1

Quis ex vo - bis ho - mo, * qui ha - bet cen - tum o - ves,
 et, si per - dí - de - rit u - nam ex i - psis⁴, non - ne di -
 mít - tit no - na - gín - ta no - vem in de - sér - to, et va - dit

⁴ Edd. ex] illis



ad il-lam, quæ per - í - e - rat, do-nec in - vé - ni - at
il - lam, al - le - lú - ia? E u o u a e.

Ad sextam

Capitulum

CARÍSSIMI. Sóbrii estóte, et vigiláte, quia adversárius vester, diábo-lus, tamquam leo rúgiens, círcuit, quærens, quem dévoret: cui resistite fortes in fide, sciéntes eándem passiónem ei, quæ in mundo est vestræ fraternitáti, fieri! Deo.


Ad nonam

Capitulum

DEUS autem omnis grátiae, qui vocávit nos in ætérnam suam gló-riam in Christo Iesu, módicum passos, ipse perfíciet, confir-mábit, solidabítque. Ipsi glória et impérium in sæcula sæculórum, amen!

[Ad vespas]

Ad Magnificat antiphona · 6f (b)




Quæ * mú - li - er, habens drachmas de-cem, et, si per-dí-
de - rit drachmam u-nam, non-ne ac-cén-dit lu - cér - nam,



et e - vér - tit⁵ do - mum, et quæ - rit di - li - gén - ter, do - nec
in - vé - ni - at? E u o u a e.

Ad Magnificat antiphona · 7a



Con - gra - tu - lá - mi - ni mi - hi, * qui - a in - vé - ni o - vem
me - am, quæ per - í - e - rat, di - cit Dó - mi - nus.
E u o u a e.

PER HEBDOMADAM

Lectio I.

CONGREGATA sunt Philistinorum universa agmina in Aphen, sed et Israel castrametatus est super fontem, qui erat in Iérahel. Et sáttrapæ quidem Philístiim incedébant in centúriis et mílibus. David autem et viri eius erant in novíssimo ágmine cum Achis. Tu.

Lectio

DIXERÚNTQUE príncipes Philistinorum ad Achis: Quid sibi volunt Hebræi isti? Et ait Achis ad príncipes Philístinorum: Numquid

⁵ Sic. Malim et] everrit

ignorátis David, qui fuit servus Saul, regis Israel, et est apud me multis diébus vel annis, et non invéni in eo quicquam ex die, qua transfúgit ad me, usque ad diem hanc? Tu.

Lectio

IRÁTI sunt advérsus eum príncipes Philistinórum, et dixerunt ei: Revertátur vir, et sédeat in loco suo, in quo constituísti eum, et non descéndat nobíscum in próelium, et non sit consiliárius noster, qui fiat nobis adversárius, cum próeliári cœpérimus! Tu.

Lectio

QUÓMODO enim áliter póterit placáre dómimum suum, nisi in capítibus nostris? Nonne iste est David, cui cantábant in choro, dicétes: Percússit Saul in mílibus, et David in decem mílibus suis? Tu autem.

Lectio

VOCÁVIT Achis David, et ait ei: Vivit Dóminus, quia rectus es tu, et bonus in conspéctu meo, et éxitus tuus et intróitus tuus mecum est in castris, et non invéni in te quicquam mali ex die, qua venísti ad me, usque ad diem hanc. Tu.

Lectio

DIXÍTQUE David ad Achis: Quid enim feci? Et quid in me, servo tuo invenísti a die, qua fui in conspéctu tuo, usque ad diem hanc, ut non véniam, et pugnem contra inimícos dómimi mei, regis? Tu.

Lectio

RESPÓNDENS autem Achis, locútus est ad David: Scio, quia bonus es tu in óculis meis, sicut ángelus Dei, sed príncipes Philistinórum dixerunt: Non ascéndat nobíscum ad próelium! Igitur consúrge mane tu, et servi dómimi tui, qui venérunt tecum, et, cum de nocte surrexéritis, et cœperit dilucéscere, pèrgite! Tu.

Lectio

SURREXIT itaque de nocte David ipse et viri eius, ut proficisceréntur mane, et reverteréntur ad terram Philístiim. Philistáei autem ascenderunt in Iézrahel. Tu.

Lectio

CUMQUE venisset David et viri eius in Síceleg die tértia, Amalechítæ ímpetum fécerant ex parte austráli in Síceleg, et percussérunt Síceleg, et succenderunt eam igni, et captívas duxérunt mulíeres

ex ea a mínimo usque ad magnum, et non interfecerant quemquam, sed secum dúxerant, et pergébant itínere suo. Tu.

DOMINICA QUARTA

ad vesp̄eras

Antiphona: Benedíctus, *ut supra.*

Capitulum

FRATRES. Exístimo, quod non sint condígnæ passiónes huius tēmporis ad futúram glóriam, quæ revelábitur in nobis. Nam exspectátio creatúrae revelatióem filiórum Dei exspectat. Deo.

Responsorium: Exaudísti, Dómine.

Ad Magnificat antiphona · 8g



Non-ne *i - ste est Da-vid, de quo ca - né-bant in cho - ro,
 di - cén-tes: Sa- ul percús-sit mil - le, et Da-vid decem
 mí - li - a in mí - li - bus su - is? E u o u a e.

Oratio

DA, quæsumus, Dómine, ut et mundi cursus pacífice nobis tuo ór-dine dirigátur, et Ecclésia tua tranquílla devotióne lætétur! Per.

Suffragia, ut supra.

[Ad matutinum]

Lectio I.

FACTUM est, vergente anno, eo tempore, quo solent reges ad bella procedere, misit David Ioab et servos suos cum eo, et universum Israel, et vastaverunt filios Ammon, et obsederunt Rabba. David autem remansit in Ierusalem. Tu.

Lectio II.

CUMQUE hæc agerentur, accidit, ut surgeret David de stratu suo post meridiem, et deambularet in solario domus regiae. Viditque mulierem, se lavantem ex adverso super solarium suum. Erat autem pulchra mulier valde. Tu.

Lectio III.

MISIT ergo rex, et requisivit, quæ esset mulier. Nuntiatumque est ei, quod ipsa esset Bethsabée, filia Heliam, uxor Uriæ Hethæi. Missis itaque David nuntiis, tulit eam. Quæ, cum ingressa esset ad illum, dormivit cum illa. Tu.

Lectio IV.

STATIMQUE sanctificata est ab immunditia sua, et reversa est in domum suam, conceptu fetu. Mittensque nuntiavit David, et ait: Concepti. Misit autem David ad Ioab, dicens: Mitte ad me Uriam Hethæum! Misitque Ioab Uriam ad David. Et venit Urias ad David. Quæsitque David, quam recte ageret Ioab et populus, et quomodo administraretur bellum. Tu.

Lectio V.

ET dixit David ad Uriam: Vade in domum tuam, et lava pedes tuos! Egressusque est Urias de domo regia, secutusque est eum cibus regius. Dormivit autem Urias ante portam domus regiae cum aliis servis domini sui. Nuntiatumque est David a dicentibus: Non ivit Urias ad domum suam. Tu.

Lectio VI.

ET ait David ad Uriam: Numquid de via venisti? Quare non descendisti ad domum tuam? Et ait Urias ad David: Arca Dei et Israel et Iuda habitant in papilionibus, et dominus meus, Ioab et servi domini mei super faciem terræ manent. Et ego ingrediar domum meam, ut comedam et bibam, et dormiam cum uxore mea? Tu.

Secundum Lucam

IN illo tēpore. Dixit Iesus discipulis suis: Estóte misericórdes, sicut et Pater vester miséricors est. Nolíte iudicáre, et non iudicabimini. Nolíte condemnáre, et non condemnabimini. Et reliqua.

Homélia venerábilis Bedæ presbýteri.

Lectio VII.

HOC loco nobis nihil áliud præcipi exístimo, nisi ut ea facta, quæ dúbium est, quo ánimo fiant, in meliorem partem interpretémur. Quod enim scriptum est: Ex frúctibus eórum cognoscétis eos: de manifestis dictum est, quæ non possunt bono ánimo fieri, sicuti sunt stupra, vel blasphemíæ, vel furta, vel ebrietátes, et, si quæ sunt tália, de quibus nobis iudicáre permíttitur. Tu.

Lectio VIII.

DE genere autem cibórum, quia possunt bono ánimo et simplici corde sine vítio concupiscéntiæ quicumque húmáni cibi indifferénte sumi, próhibet apóstolus iudicáre eos, qui cárnibus vescebántur, et vinum bibébant, ab eis, qui se huiúsmodi aliméntis temperábant. Qui mandúcat, inquit, non manducántem non spernat, et qui non mandúcat, manducántem non iúdicet. Tu.

Lectio IX.

AD hoc pértinet étiam illud, quod álio loco dicit: Nolíte ante tempus quicquam iudicáre, quoadúsque véniat Dóminus, et illúminet abscondita tenebrárum, et manifestábit cogitatiónes cordis. Sunt ergo quædam facta média, quæ ignorámus, quo ánimo fiant, quia et bono, et malo fieri possunt; de quibus temerárium est iudicáre, máxime, ut condemnémus. Horum autem véniet tempus, ut iudicéntur, cum Dóminus illuminábit abscondita tenebrárum, et manifestábit cogitatiónes cordis. Duo autem sunt, in quibus temerárium iudícium cavére debémus: cum incértum est, quo ánimo quicquam sit, vel cum incértum est, qualis futúrus sit, qui nunc vel malus, vel bonus appáret. Tu.

[Ad laudes]

Ad Benedictus antiphona · 1g1

E - stó - te er - go * mi - se - ri - cór - des, qui - a et Pa -
 ter ve - ster mi - sé - ri - cors est, di - cit Dó - mi - nus.
 E u o u a e.

Ad sextam

Capitulum

VANITÁTI enim creatúra subiécta est; non volens, sed propter eum, qui subiécit in spe, quia et ipsa creatúra liberábitur a servitúte corruptiónis in libertátem glóriæ filiórum Dei. Deo.


Ad nonam

Capitulum

SCIMUS enim, quod omnis creatúra ingemíscit, et párturit usque adhuc, non solum autem illa, sed et nos ípsi, primítias spíritus habéntes, et ipsi intra nos gémimus, adoptiónem filiórum Dei exspectántes, redemptiónem cörperis nostri in Christo Iesu, Dómino nostro. Deo.


[Ad vesperas]

Ad Magnificat antiphona · 8g1



No - lí - te * iu - di - cá - re, ut non iu - di - cé - mi - ni! In quo
 e - nim iu - dí - ci - o iu - di - ca - vé - ri - tis, iu - di - ca -
 bí - mi - ni, di - cit Dó - mi - nus. E u o u a e.

Ad Magnificat antiphona · 1d1



Men - sú - ram * bo - nam et con - fér - tam et co - a - gi -
 tá - tam da - bunt in si - num ve - strum, al - le - lú - ia.
 E u o u a e.

Ad Magnificat antiphona · 1g1



E - ii - ce primum, * hy - pó - cri - ta, tra - bem de ó - cu - lo
 tu - o, et tunc vi - dé - bis, ut e - dú - cas fe - stú - cam

de ó - cu - lo fra - tris tu - i, al - le - lú - ia!
E u o u a e.

PER HEBDOMADAM

Lectio I.

CUM obsidéret Ioab civitátem, posuítque Uríam in loco, in quo sciébat viros esse fortíssimos. Egressíque viri de civitáte, bellábant advérsus Ioab, cecidérunt de pópulo servórum David, et mórtuus est étiam Urías Hetháeus. Tu.

Lectio

MISIT itaque Ioab, et nuntiávit ómnia verba próelii, præcepítque núnctio, dicens: Cum compléveris univérsos sermónes belli ad regem, si eum víderis indignári, et díxerit: Cur accessístis ad murum, ut præliarémini? An ignorabátis, quod multa désuper ex muro tela mittántur? Tu.

Lectio

QUIS percússit Abímelech, filium Ieróbaal? Nonne múlier misit super eum fragmen molæ de muro, et interfécit eum in Thebes? Quare iuxta murum accessístis? Dices: Etiam servus tuus Urías occúbuit Hetháeus. Tu.

Lectio

ABIIT núnctius, et venit, et narrávit David ómnia, quæ præcéperat Ioab. Et dixit núnctius ad David: Prævaluérunt advérsus nos viri, et egréssi sunt advérsus nos in agrum. Tu autem.

Lectio

NOS autem, facto ímpetu, persecúti sumus eos usque portam civitátis. Et direxérunt iácula sagittárii ad servos tuos ex muro

désuper. Mortuíque sunt de servis regis, quin étiam servus tuus Urías Hethæus mórtuus est. Tu.

Lectio

ET dixit David ad núnctium: Hæc dices Ioab: Non te frangat ista res, várius enim événtus est próelii, et nunc hunc, et nunc illum consúmit gládius. Confórta bellatóres tuos advérsum urbem, ut déstruant eam, et exhortáre eos! Tu.

Lectio

AUDÍVIT autem uxor Uríæ, quod mórtuus esset Urías, vir suus, et planxit eum. Transácto luctu, misit David, et introdúxit eam in domum suam, et facta est ei uxor, peperítque ei filium. Et displicuit verbum, quod fécerat David, coram Dómino. Tu.

Lectio

MISIT Dóminus Nathan prophétam ad David, qui, cum venísset ad eum, dixit ei: Respónde iudícium! Duo viri erant in civitáte una, unus dives, et alter pauper. Dives habébat oves et boves plúrimos valde. Pauper autem nihil habébat omníno præter ovem unam párvulam, quam émerat et nutríerat, et quæ créverat apud eum cum fíliis suis simul ... Tu.

Lectio

DE pane illíus cómedens, et de cálice eius bibens, et in sinu illíus dórmíens, erátque illi, sicut fília. Cum autem peregrínus venísset ad dívitem, parcens ille súmerere de óvibus et bobus suis, ut exhibéret convívium peregríno illi, qui vénerat ad se, tulit ovem viri páuperis, et præparávit cibos hómíni, qui vénerat ad se. Tu autem.

DOMINICA QUINTA

[ad vespéras]


Capitulum

CARÍSSIMI. Omnes unánimes in oratióne estóte: compatiéntes, fraternitátis amatóres, misericórdes, modésti, húmiles, non reddén-

tes malum pro malo, vel maledictum pro maledicto, sed econtrario benedicentes, quia in hoc vocati estis, ut benedictionem hereditate possideatis. Tu.

Responsorium: Dómine, si convérsus.

Ad Magnificat antiphona · 1g1



Dó - le - o su - per te, * fra - ter mi, Ió - na - tha, a - má -
 bi - lis val - de su - per a - mó - rem mu - lí - e - rum. Sic - ut ma -
 ter u - ní - cum a - mat fí - li - um, i - ta te di - li - gé - bam.
 Sa - gít - ta Ió - na - thæ numquam áb - i - it⁶ re - trórsum,
 nec de - cli - ná - vit clí - pe - us e - ius in bel - lo, et ha -
 sta e - ius non est a - vér - sa. E u o u a e.

Oratio

DEUS, qui diligéntibus te bona invisibília præparásti: infúnde córdibus nostris tui amóris afféctum, ut, te in ómnibus et super ómnia diligéntes, promissiónes tuas, quæ omne desidérium súperant, consequámur! Per.

Suffragia, ut supra.

⁶ Edd. add. abiit] in

[Ad matutinum]

Lectio I.

ET rex David senúerat, habebátque ætátis plúrimos dies. Cumque cooperirétur véstibus, non calefiébat. Dixérunt ergo ei servi sui: Quærámus dómino nostro, regi adolescéntulam vírginem, et stet contra regem, et fóveat eum. Dormiátque in sinu suo, et calefáciat dóminum nostrum regem. Tu autem.

Lectio II.

QUÆSIÉRUNT ígitur adolescéntulam speciósam in ómnibus fínibus Israel, et invenérunt Abísag Sunamítem, et adduxérunt eam ad regem. Erat autem puélla pulchra nimis, dormiebátque cum rege, et ministrábat ei. Rex vero non cognóvit eam. Adonías, fílius Haggith, elevebátur, dicens: Ego regnábo. Tu.

Lectio III.

FECÍTQUE sibi currum et équites et quinquagínta viros, qui ante eum cúrrent. Nec corripuit eum pater suus aliquándo, dicens: Quare hoc fecísti? Erat autem et ipse pulcher valde, secúndus natu post Absalom, et sermo eius cum Ioab, filio Sárviæ, et cum Abíathar sacerdoté, qui adiuvábant partes Adoníæ. Sacerdos vero Sadoc, et Bananía, fílius Ióiadæ, et Nathan prophéta, et Sémei et Cérethi, et Pheletháei, et robur exércitus David non erat cum Adonía. Tu.

Lectio IV.

ET rex David senúerat, habebátque ætátis plúrimos dies, et cétera. Senéctus David húmáni géneris figurávit vetustátem. In quibus quia fides defécerat, velut in David diléctio Dei frigúerat, vestiménta eius, quibus adopértus calefferi non póterat, typum habére Iudáicæ plebis non dúbium est, quæ ante advéntum Salvatóris per cognitió-nem legis, velut vestiménta, Dómino adhæserant. Tu autem.

Lectio V.

SED, quia éadem plebs, ut apóstolus dicit, non cáluit, servitútis spí-ritum hábuit, et non libertátis in amóre divíno. Virgo vero speciós-a, quæ in cunctis fínibus Israel quæsita est, ac per servos David ad eum perdúcta, quæ, in sinu eius dórmiens, eum calefécit, et virgo permánsit, haud dúbium, quin sanctæ Ecclésiæ persónam gestávit, quæ de cunctis géntibus per apóstolos ad Christum pervénit, et tanto ardóre fídei in eius dilectiône cáluit, ut propter illíus amórem váriis

perículis se ultro committeret, et ad últimum pro eius nómine mori non recusáret. Tu.

Lectio VI.

A DONÍAS, *filius Haggith elevabátur, dicens: Ego regnábo.* Et réliqua. Adonías enim iste, qui, supérbia elátus, gratis regnáre vóluit, qui a Salomóne interféctus est, figúram gestávit supérbiæ Iudæórum, qui proptérea, quia regnum terrénium obtinére vóluit a Salomóne, vidélicet Christo, et regnum amísit, et vitam pérdidit. De quo hic prælibándo prædíximus, sed in sequéntibus ubérius indicábimus. Tu.

Secundum Lucam

IN illo témpore. Cum turbæ irrúerent ad Iesum, ut audírent verbum Dei, et ipse stabat iuxta stagnum Genésareth. Et réliqua.

Homélia venerábilis Bedæ presbýteri.

Lectio VII.

FACTUM est autem, cum turbæ irrúerent ad Iesum, ut audírent verbum Dei, et ipse stabat iuxta stagnum Genésareth. Stagnum Genésareth idem esse dicunt, quod mare Galiléæ, vel mare Tiberíadis. Sed mare Galiléæ ab adiacénte província dictum, mare Tiberíadis a próxima civitáte, quæ, olim Chénnereth vocáta, sed, ab Heróde tetrárcha instauráta, in honórem Tibérii Cæsaris Tibérias est appelláta. Tu autem.

Lectio VIII.

PORRO Génesar a laci ipsíus natúra, qui, crispántibus aquis, de se ípso sibi excitáre auram perhibétur, Græco vocábulo quasi génerans sibi auram dicitur. Neque enim in stagni morem stérnitur aqua, sed, frequéntibus auris spirántibus, agitátur. Haustu dulcis, et ad potándum hábilis. Sed Hebráicæ linguæ consuetúdine omnis aquárum congregátio, sive dulcis, sive salsa, mare nuncupátur. Qui lacus, interfluénte Iordáne, centum quadragínta stádiis in longitúdinem, et quadragínta exténditur in latitúdinem. Tu.

Lectio IX.

QUIA ergo stagnum sive mare præsens sæculum désignat, Dóminus secus mare stat, postquam, vitæ labéntis mortalitátem devíncens, in ea, qua passus est, carne · stabilitátem perpétuæ quiétis ádiit. Turbárum convéntus ad eum géntium, in fide concurréntium, typus est. De quibus Isaías dicit: Et fluent ad eum omnes gentes, et ibunt pópuli multi, et dicent: Veníte, ascendámus ad montem Dómi-

ni! *Et vidit duas naves, stantes secus stagnum.* Duæ naves, secus stagnum positæ, circumcisiõnem et præpütium figurant. Quas bene Iesus vidisse perhibetur, quia in utrõque pópulo novit Dóminus, qui sunt eius, eorúmque cor a flúctibus sæculi huius ad futúræ vitæ tranquillitatem, quasi ad soliditatem lítoris, videndo, hoc est: misericórditer visitando, próvehit.

[Ad laudes]

Ad Benedictus antiphona · 1d1

A-scéndens Ie - sus * in na - vim, et se - dens, do - cé - bat
tur - bas, al - le - lú - ia. E u o u a e.

Ad sextam

Capitulum

CARÍSSIMI. Qui vult vitam dilígere, et vidére dies bonos, coérceat linguam suam a malo, et lábía eius ne loquántur dolum. Declínet autem a malo, et fáciat bonum, inquírat pacem, et sequátur eam, quia óculi Dómini super iustos, et aures eius in preces eórum. Deo.


Ad nonam

Capitulum

CARÍSSIMI. Quis est, qui vobis nóceat, si boni æmulatóres fuéritis? Sed et, si quid patímíni propter iustítiam, beáti. Timórem autem eórum ne timuéríitis, ut non conturbémíni, Dóminum autem Christum sanctificáte in córdibus vestris! Deo.


[Ad vespas]

Ad Magnificat antiphona · 1d1



Præ - cé - ptor, * per to - tam noctem la - bo - rán - tes, ni - hil
cé - pi - mus; in ver - bo au - tem tu - o la - xá - bo re - te.
E u o u a e.

Ad Magnificat antiphona · 3g1



Cum au - dís - set Pe - trus, * qui - a Dó - mi - nus est,
tú - ni - ca præ - cín - xit se, et mi - sit se in ma - re,
et cla - má - vit vo - ce ma - gna, di - cens: Ex - i a me,
Dó - mi - ne, qui - a ho - mo pec - cá - tor sum!
E u o u a e.

Ad Magnificat antiphona · 3g1

Am-bu-lá-bat Pe-trus *su-per un-das ma-ris, ve-nit
ven-tus vá-li-dus, tur-bá-ta est a-qua. Præ-ti-mó-re
cla-mans: Dó-mi-ne, iu-be me ve-ní-re ad te!
A-it il-li Ie-sus: Ve-ni, mó-di-cæ fí-de-i,
qua-re du-bi-tá-sti? E-u-o-u-a-e.

PER HEBDOMADAM

Lectio I.

INGRESSA est Bethsabée ad regem David in cubículo. Rex autem senúerat nimis, et Abisag Sunamítis ministrábat ei. Inclinávit se Bethsabée, et adorávit regem. Ad quam rex: Quid tibi, inquit, vis? Quæ respóndens, ait:

Lectio

DÓMINE mi, tu iurásti per Dóminum, Deum tuum, ancillæ tuæ: Sálomon, fílius tuus regnábit post me, et ipse sedébit in sólio meo. Et ecce, nunc Adonías regnat, te, dómine, mi rex, ignoránte. Tu.

Lectio

MACTÁVIT Adonías boves et pinguia quæquæ, et arietes plúrimos, et vocávit omnes fílios regis, Abiáthar quoque sacerdotem, et Ioab, príncipem militiæ, Salomónem autem, servum tuum non vocávit. Tu.

Lectio

VERÚMTAMEN, dómine, mi rex, in te óculi respiciunt totíus Israel, ut índices eis, qui sedére débeat in sólio tuo, dómine, mi rex, post te. Eritque, cum dormierit dómínus meus, rex cum pátribus suis, érimus ego et fílius meus Sálomon peccatóres. Tu.

Lectio

ADHUC loquente Bethsabée cum rege David, ecce, Nathan prophéta venit. Et nuntiavérunt regi, dicentes: Adest Nathan prophéta. Cumque introísset, et stetísset ante conspéctum regis, et adorásset eum pronus in terra ... Tu.

Lectio

DIXIT Nathan: Dómine, mi rex, tu dixísti: Adonías regnat post me, et ipse sédeat super thronum meum? Qui ascéndit hódie, et immolávit boves · et pinguia · et arietes plúrimos, et vocávit univérsos fílios regis et príncipes exércitus, Abiáthar quoque sacerdotem. Tu.

Lectio

ILLISQUE vescéntibus, et bibéntibus coram eo, et dicéntibus: vivat rex Adonías, me, servum tuum, et Sadoc sacerdotem et Bananíam, fílium Ióiadæ, et Salomónem, fámulum tuum non vocávit. Tu.

Lectio

NUMQUID a dómíno meo exívit hoc verbum? Et mihi non indicásti, servo tuo, qui sessúrus esset super thronum dómíni mei, regis post eum? Et dixit rex David: Vocáte ad me Bethsabée!⁷ Quæ, cum fuísset ingrèssa coram rege, et stetísset ante eum, iurávit rex, et ait: Tu autem.

Lectio

VIVIT Dóminus, qui éruit ánimam meam de omni angústia, quia, sicut iurávi tibi per Dóminum, Deum Israel, dicens: Sálomon, fí-

⁷ Coni. BNS, Edd. me] Bersabee *passim*

lius tuus regnabit post me, et ipse sedebit super solum meum pro me, sic faciam hodie. Tu.

DOMINICA SEXTA

[ad vesperas]

Capitulum

FRATRES. Quicumque baptizati sumus in Christo Iesu, in morte ipsius baptizati sumus. Consepulti enim sumus cum illo per baptismum in mortem, ut, quomodo surrexit Christus a mortuis per gloriam Patris, ita et nos in novitate vitae ambulamus. Deo.

Responsorium: Audi, Domine, hymnum.

Ad Magnificat antiphona · 8g1

Rex au - tem Da - vid,^{8*} coo - pér - to cá - pi - te in - cé - dens,
 lu - gé - bat fi - li - um,⁹ dicens: Ab - sa - lom, fi - li mi, fi - li
 mi, Ab - sa - lom, quis mi - hi det, ut e - go mó - ri -
 ar pro te, fi - li mi, Ab - sa - lom? E u o u a e.

⁸ *Edd. om. autem]* David

⁹ *Edd. add. filium]* suum

Oratio

DEUS virtútum, cuius est totum, quod est óptimum: ínserere pectóribus nostris amórem tui nóminis, et præsta in nobis religiónis augméntum, ut, quæ sunt bona, nútrias, ac pietátis stúdio, quæ sunt nutrita, custódiás! Per.

Suffragia, ut supra.

[Ad matutinum]

Lectio I.

SÁLOMON sedit super thronum David, patris sui, et firmátum est regnum eius nimis. Et ingressus est Adonías, fílius Haggith ad Bethsabée, matrem Salomónis. Quæ dixit ei: Pacificúsne est ingressus tuus? Qui respóndit: Pacificus. Addidit ei: Sermo mihi est ad te. Cui ait: Lóquere! Tu.

Lectio II.

ET ait: Tu, inquit, nosti, quia meum erat regnum, et me proposúerat omnis Israel sibi in regem, sed translátum est a me regnum, et factum est fratris mei. A Dómino enim constitútum est ei. Nunc ergo petitióem unam déprecor a te, ne confúndas fáciem meam! Quæ dixit ad eum: Lóquere! Et ille ait: Precor, ut dicas Salomóni regi, neque enim negáre quicquam tibi potest, ut det mihi Abísag Sunamítem uxórem. Tu.

Lectio III.

ET ait Bethsabée: Bene loquar ego pro te regi. Venit Béthsabee ad regem Salomónem, ut loquerétur ei pro Adonía. Et surréxit rex in occursum eius, adoravítque eam, et sedit super thronum suum. Pósitus quoque est thronus matri regis, quæ sedit ad dexteram eius, dixítque ei: Petitióem unam párvulam ego déprecor a te, ne confúndas fáciem meam! Dixítque ei rex: Pete, mater mi! Neque enim fas est, ut avértam fáciem tuam. Quæ ait: Detur Abísag Sunamítis Adoníæ, fratri tuo uxor! Respondénsque Sálomon, dixit matri suæ: Quare póstulas Abísag Sunamítem Adoníæ? Póstula ei et regnum! Ipse est enim frater meus, maior me. Tu.

Lectio IV.

SÁLOMON *autem sedit super thronum Israel*. Sálomon, qui patri suo succéssit, Christi figúram sine dúbio gestávit, in eo scílicet, quod templum ædificávit, sicut et Christus Ecclésiám, et in eo, quod regnum in pace administrávit, et pacem hábuit secúndum nomen suum. Sic et ipse Dóminus rex pacíficus est dictus. Tu.

Lectio V.

AC per hoc illíus vocábulum illi veríssime cóngruit, per quem mediatórem ex inimícis, accépta remissióne peccatórum, reconciliámur Deo. Etenim, cum inimíci essémus, reconciliáti sumus Deo per mortem Fílii eius. Idem ipse est ille pacíficus, qui fecit útraque unum, et paríetem médium macériae, solvens inimicítias in carne sua. Tu.

Lectio VI.

LEGÉMQUE mandatórum, decrétiis evacuátiis, in duos cóndidit in se in unum novum hóminem, fáciens pacem his, qui longe, et pacem his, qui prope. Sicut ipse in Evangélio dicit: Pacem meam do vobis, pacem meam relínquo vobis. His et multis áliis testimóniis Dómini Christus pacíficus esse monstrátur. In sapiéntia quoque et divítiis atque glória ipsíus Dómini Salvatóris typum gestásse dúbium non est. Tu.

Secundum Matthæum

IN illo témpore. Dixit Iesus discíplulis suis: Amen dico vobis, quia, nisi abundáverit iustítia vestra plus, quam scribárum et pharisæórum, non intrábitis in regnum cælórum. Et reliqua.

Homélia lectiónis eiúsdem.

Lectio VII.

AUDÍSTIS, dilectíssimi, quáliter auctoritáte divínæ grátiae legis sit sevéritas amplificáta, et implétus est sermo Dómini, dicéntis: Non veni sólvare legem, sed adimplére. Audístis, quod nobis Dóminus ait in præsentí lectióne, quia: *nisi abundáverit iustítia vestra plus, quam scribárum et pharisæórum, non intrábitis in regnum cælórum*. Tu.

Lectio VIII.

SCRIBÁRUM iustítia est, verbi grátia, ut non occídant, iustítia vero eórum est, qui intratúri sunt regnum Dei, ut frátribus non irascántur. Qui autem hoc præcéptum impléverit, ut non occídat, non

continuo magnus erit. Si autem non irascatur fratri suo, perfectus erit. Tu.

Lectio IX.

NAM sequitur: *Audistis, quia dictum est antiquis: Non occides. Ego autem dico vobis, quia omnis, qui irascitur fratri suo, reus erit iudicio. Quid ergo opus est addi praeceptis legis, si in regno caelorum potest esse magnus, qui fecerit ea? Quod¹⁰ sic accipiendum est: qui fecerit et docuerit ea, quae in Lege vel Evangelio scripta sunt, hic magnus vocabitur in regno caelorum. Tu.*

[Ad laudes]

Ad Benedictus antiphona - 8g1



Au - dí - stis, * qui - a di - ctum est an - tí - quis: Non oc - cí - des!



Qui au - tem oc - cí - de - rit, re - us e - rit iu - dí - ci - o.



E u o u a e.

Ad sextam

Capitulum

FRATRES. Si complantati facti sumus similitudini mortis Christi, simul et resurrectionis erimus. Hoc scientes, quia vetus homo noster simul crucifixus est, ut destruatur corpus peccati, ut ultra non serviamus peccato. Qui enim mortuus est, iustificatus est a peccato. Deo.

¹⁰ Edd. ea] Quid


Ad nonam

Capitulum

FRATRES. Si mórtui sumus cum Christo, crédimus, quia simul éti-
am vivémus cum Christo, sciéntes, quod Christus, surgens a
mórtuis, iam non móritur, mors illi ultra non dominábitur. Quod
enim mórtuus est peccáto, mórtuus est semel, quod autem vivit, vivit
Deo. Ita et vos existimáte vos mórtuos quidem esse peccáto, vivéntes
autem Deo in Christo Iesu, Dómino nostro! Deo.

[Ad vesperas]

Ad Magnificat antiphona · 1g1



Si of-fers * mu-nus tu - um an - te al - tá - re, et re-
cor-dá- tus fú - e - ris, qui - a fra- ter tu - us ha- bet á-
li - quid ad-vér-sum te, re - lín-que i - bi mu-nus tu - um
an - te al - tá - re, et va - de pri - us re-con-ci - li-
á - ri fra - tri tu - o, et, tunc vé - ni - ens, óf - fe - res
mu-nus tu - um, al - le - lú - ia! E u o u a e.

PER HEBDOMADAM

Lectio I.

MISIT rex Sálomon Bananíam, fílium Ióiadæ, dicens: Vade, interfícite Ioab! Venit Bananías ad tabernáculum Dómini, et dixit ei: Hæc dicit rex: Egrédere! Qui ait: Non egrédiar, sed hic móriar. Tu.

Lectio

RENUNTIÁVIT Bananías regi sermónem, dicens: Hæc locútus est Ioab, et hæc respóndit mihi. Dixítque ei rex: Fac, sicut locútus est, et intérfice eum, et sépeli, et amovébis sánguinem innocéntem, qui effúsus est a Ioab et a me et a domo patris mei. Tu.

Lectio

ET reddet Dóminus sánguinem eius super caput eius, quia interfécit duos viros iustos meliorésque se. Et occídit eos gládio, patre meo, David ignoránte ... Tu.

Lectio

ABNER, fílium Ner, príncipem milítiae Israel, et Amása, fílium Gether, príncipem exércitus Iuda. Et revertétur sanguis illórum in caput séminis eius in sempitérnum! David autem et sémini eius et dómui et throno eius sit pax usque in ætérnum a Dómino! Tu.

Lectio

ASCÉNDIT itaque Bananías, fílius Ióiadæ, et aggréssus eum interfécit. Sepultúsque est in domo sua in desérto. Et constítuit rex Bananíam, fílium Ióiadæ pro eo super exércitum, et Sadoch sacerdotem pósuit pro Abíathar. Tu.

Lectio

MISÍTQUE rex pro Sémei, et dixit ei: Ædifica tibi domum in Ierúsalem, et hábita ibi, et non egrediéris inde huc atque illuc! Quacúmque autem die egréssus fúeris, et transieris torréntem Cedron, scito te interficiéndum! Sanguis tuus super caput tuum. Tu.

Lectio

DIXÍTQUE Sémei regi: Bonus est sermo regis, sicut locútus est dóminus meus, rex, sic fáciet servus tuus. Habitávítque Sémei in

Ierúsalem diébus multis. Factum est post annos tres, ut fúgerent servi Sémei ad Achis, fílium Maacha, regem Geth. Tu.

Lectio

NUNTIATÚMQUE est regi Salomóni, quod ivísset Sémei in Geth de Ierúsalem, et redísset. Et mittens, vocávit eum. Dixítque ei: Nonne testificátus sum tibi per Dóminum, et prædíxi tibi: quacúmque die egréssus fúeris huc et illuc, scito te esse moritúrum? Et respondísti: Bonus est sermo, quem audívi. Tu.

Lectio

QUARE ergo non custodísti iusiurándum Dómini, et præcéptum, quod præcéperam tibi? Dixítque rex ad Sémei: Tu nosti omne malum, cuius tibi cónscium est cor tuum, quod fecísti David, patri meo. Réddidit Dóminus malítiam tuam in caput tuum. Et rex Sálomon benedíctus, et thronus David erit stábilis coram Dómino usque in sempitérnum. Tu.

DOMINICA SEPTIMA

[ad vespervas]

Capitulum

FRATRES. Humánum dico propter infirmitátem carnis vestræ. Sicut enim exhibuístis membra vestra servíre immundítiae et iniquitáti ad iniquitátem, ita nunc exhibéte membra vestra servíre iustítiae in sanctificatiónem! Deo.

Responsorium: Peccávi super númerum *et cetera*.

Ad Magnificat antiphona · 8g1

Un - xé - runt * Sa - lo - mó - nem Sa - doch sa - cér - dos



et Na- than pro-phé - ta re-gem in Ge - on. Et ab - i -
 é - runt læ - ti, di - cén - tes:¹¹ Vi - vat rex in æ -
 tér - num, al - le - lú - ia! E u o u a e.

Oratio

DEUS, cuius providéntia in sui dispositióne non fállitur: te súplli-
 ces exorámus, ut nóxia cuncta submóveas, et ómnia nobis pro-
 futúra concédas. Per.

Suffragia, ut supra.

[Ad matutinum]

Lectio I.

CÉCIDIT Ochozías¹² per cancéllos cenáculi sui, quod habébat in Sa-
 maría, et ægrotávit. Misitque núnctios, et dixit ad eos: Ite, et consú-
 lite Beélzebub, deum Accaron, utrum vívere queam de infirmitáte
 mea hac? Angelus autem Dómini locútus est ad Elíam Thesbíten, di-
 cens: Surge, ascénde in occúrsum nuntiórurn regis Samaríæ, et dices
 ad eos: Numquid non est Deus in Israel, ut eátis ad consuléndum Be-
 élzebub, deum Accaron? Tu.

Lectio II.

QUAM ob rem hæc dicit Dóminus: De léctulo, super quem ascendí-
 sti, non descédes, sed morte moriéris. Et ábiit Elías. Reversíque
 sunt núnctii ad Ochozíam. Qui dixit eis: Quare revérsi estis? At illi di-
 xérunt ei: Vir occúrrit nobis in via, et dixit ad nos: Ite, et revertímini
 ad regem, qui misit vos, et dicétis ei: Hæc dicit Dóminus: Numquid

¹¹ Edd. Et] procedentes læti dixerunt

¹² Edd. Cecidit] Osias passim

non erat Deus in Israel, quia mittis, ut consulatur Beélzebug, deus Accaron? Tu.

Lectio III.

IDCIRCO de léctulo, super quem ascendísti, non descédes, sed morte moriéris. Qui dixit eis: Cuius figuræ et hábitus est vir, qui occúrrit vobis, et locútus est verba hæc? At illi dixérunt: Vir pilósus et zona pellícea accínctus rénibus. Qui ait: Elías Thesbítes est. Misítque ad eum quinquagenárium príncipem et quinquagínta, qui erant sub eo. Qui ascéndit ad eum, sedentíque in vértice montis ait: Homo Dei, rex præcépit, ut descédas. Respóndit Elías, et dixit quinquagenáριο: Si homo Dei sum, véniat ignis de cælo, et dévoret te et quinquagínta tuos! Descéndit ergo ignis de cælo, et devorávit eum, et eos, qui cum eo erant. Tu.

Lectio IV.

MÓRTUO impiíssimo rege Achab, ímpius heres ei succéssit, fílius útique eius, Ochozías. De quo Scriptúra narrat, quod fécerit malum in conspéctu Dómini, et ambuláverit in via patris sui et matris suæ, et in via Ieróboam, fílii Nabath, qui peccáre fecit Israel. Servívit quoque Baal, et adorávit eum, et irritávit Dóminum, Deum Israel iuxta ómnia, quæ fécerat pater eius. Tu.

Lectio V.

SED non diu prospere egit, quia per cancéllos cenáculi sui, quod habébat in Samaría, cécidit, et ægrotávit. Misítque núntios ad Beélzebug, deum Accaron, ut consúlerent eum, utrum vívere posset de hac infirmitáte. Cui cum Elías, núntiis suis óbvians, de morte vicína respondísset, misit ad eum quinquagenárium príncipem cum milítibus sibi subiéctis, ut eum addúcerent. Tu.

Lectio VI.

SED, his igne cælésti consúptis, íterum misit álium quinquagenárium, qui simíliter cum suis combústus est. Misit et tértium, qui reservátus est. Misit rex ímpius duos quinquagenários cum súbditis sibi milítibus, ut exhúbeant Elíam, qui divíno igne consúpti sunt. Tértius autem missus salvátur. Quinquagenárius namque número conféssio pæniténtiæ est, quo declarátur remíssio peccatórum. Iudæi ergo, noléntes Christum Dóminum esse perféctum, nec príncipem pæniténtiæ, dicunt ad eum: Quinquagínta annos nondum habes, et Abraham nosti? In futúro divíno igni incendúntur et exstinguúntur.

Tértius autem quinquagenárius, quia, convérsus ad fidem Trinitátis, pæniténtiæ sacraménta cognóvit, indulgéntiam méruit. Tu.

Secundum Marcum

IN illo témpore. Cum turba multa esset cum Iesu, nec habérent, quod manducárent, convocátis discíplulis suis, ait illis: Miséreor super turbam, quia, ecce, iam tríduo sústinent me, nec habent, quod mandúcent. Et réliqua.

Homélia venerábilis Bedæ presbýteri.

Lectio VII.

IN hac ígitur lectiône consideránda est in uno eodémque Redemptóre nostro distínta operátio: divinitátis et humanitátis, atque error Eutychéti, qui unam tantum in Christo operatiónem dogmatizáre præsumit, procul Christiánis fínibus expelléndus. Quis enim non vídeat hoc, quod super turbam miserétur Dóminus, ne vel inédia, vel viæ longiórís labóre deficiat, afféctum esse et compassiõem humanæ fragilitátis? Quod vero de septem pánibus et piscículis paucis quáttuor hóminum mília saturávit, divínæ opus est virtútis. Tu.

Lectio VIII.

MÝSTICE autem hoc miráculo designátur, quod viam sæculi præsentis áliter incólumes transíre nequímus, nisi nos grátia Redemptóris nostri aliménto sui verbi refíciat. Hoc vero týpice inter hanc refectiõem et illam quinque panum ac duórum piscium distat, quod ibi líttera Véteris Instruménti spirituáli grátia plena esse significáta est, hic autem Novi véritas ac grátia Testaménti, fidélibus ministránda, monstráta est. Tu autem.

Lectio IX.

SANE útraque refectiö in monte celebráta est, ut aliórum evangeli-stárum narrátio declárat, quia utriúsque Testaménti recte Scriptúra intellécta altitúdinem cæléstium præceptórum nobis mandat, et præmiórum útraque altitúdinem Christi, qui est mons domus Dómini in vértice móntium, cónsona voce prædicat. Qui enim ædificátam super se civitátem sive domum Dómini, id est Ecclésiám, in alta bonórum extóllit óperum, et cunctis maniféstam géntibus éxhibet, ipse hanc, ab infímis delectatiönibus abstráctam, pane cælésti refíciat, atque ad appetítum supérnæ suavitátis, dato pígnore cibi spirituális, accéndit.

[Ad laudes]

Ad Benedictus antiphona · 1g1

Mi - sé - re - or * su - per tur - bam, qui - a iam trí - du - o
 sú - ti - nent me, nec ha - bent, quod mandúcent. Et si di - mí -
 se - ro e - os ie - iú - nos, de - fí - ci - ent in vi - a,
 al - le - lú - ia. E u o u a e.

Ad sextam

Capitulum

FRATRES. Cum servi essétis peccáti, líberi fuístis iustítiae. Quem ergo fructum habuístis tunc, in quibus nunc erubéscitis? Nam finis illórum mors est. Nunc vero, liberáti a peccáto, servi autem facti Deo, habétis fructum vestrum in sanctificatióne, finem vero vitam aetérnam. Deo.

Ad nonam

Capitulum

FRATRES. Stipéndia peccáti mors est, grátia autem Dei vita aetérna in Christo Iesu, Dómino nostro. Deo.

[Ad vesperas]

Ad Magnificat antiphona · 7a



Præ-cé-pit le - sus tur-bæ * dis-cúm-be-re su - per terram.



Et ac - cí - pi - ens se - ptem pa - nes, grá - ti - as a-gens,



fre - git, et da - bat di - scí - pu - lis su - is, ut ap - pó -



ne - rent, et ap - po - su - é - runt tur-bæ, al - le - lú - ia.



E u o u a e.

Ad Magnificat antiphona · 1g1



E-rant au-tem, * qui mandu - cá - ve - rant, qua - si quát - tu - or



mí - li - a, et di - mí - sit e - os. E u o u a e.



PER HEBDOMADAM

Lectio I.

FACTUM est, cum Dóminus leváre vellet Elíam per túrbínem in cælum, ibant Elías et Eliséus de Gálgalis. Dixítque Elías ad Eliséum: Sede hic, quia Dóminus misit me usque Bethel. Cui ait Eliséus: Vivit Dóminus, et vivit ánima tua, quia non derelínquam te. Tu.

Lectio

CUMQUE descendísset Bethel, egréssi sunt filii prophetárum, qui erant Bethel, ad Eliséum, et dixerunt ei: Numquid nosti, quia hódie Dóminus tollit dóminum tuum a te? Qui respóndit: Et ego novi. Siléte! Tu.

Lectio

DIXIT Elías ad Eliséum: Sede hic, quia Dóminus misit me in Iéricho. Et ille ait: Vivit Dóminus, et vivit ánima tua, quia non derelínquam te. Tu autem.

Lectio

CUMQUE veníssent Iéricho, accessérunt filii prophetárum, qui erant in Iéricho, ad Eliséum, et dixerunt ei: Numquid nosti, quia hódie Dóminus tollet dóminum tuum a te? Et ille ait: Ego novi. Siléte! Tu.

Lectio

DIXIT autem ei Elías: Sede hic, quia Dóminus misit me ad Iordánem. Qui ait: Vivit Dóminus, et vivit ánima tua, quia non derelínquam te. Iérunt ambo páriter Elías et Eliséus, et quinquaginta viri de fíliis prophetárum secúti sunt eos. Tu.

Lectio

QUI et stetérunt ecóntra longe. Illi autem ambo stabant super Iordánem. Tulítque Elías pállium suum, et invólvit illud, et percússit aquas, quæ divisæ sunt in utrámque partem, et transiérunt ambo per siccum. Tu.

Lectio

CUMQUE transíssent, Elías dixit ad Eliséum: Póstula, quod vis, ut fáciam tibi, ántequam tollar a te! Dixítque Eliséus: Obsecro, ut fiat duplex spíritus tuus in me. Qui respóndit: Rem difícillem postulásti. Tu.

Lectio

ATTAMEN, si videris, quando tollar a te, erit, quod petisti. Si autem non videris, non erit. Cumque pergerent, et incedentes sermonaréntur, ecce, currus ígneus et equi ígnei divisérunt utrúmque. Tu.

Lectio

ET ascéndit Elías per túrbínem in cælum, Eliséus autem vidébat, et clamábat: Pater mi, pater mi, currus Israel et auríga eius! Et non vidit eum ámplius. Tu.


DOMINICA OCTAVA

Capitulum

FRATRES. Debitóres sumus non carni, ut secúndum carnem vivá-mus. Si enim secúndum carnem vixéritis, moriémini, si autem spíritu facta carnis mortificavéritis, vivétis. Deo.

Responsorium: Planxit autem David.

Ad Magnificat antiphona · 8g1



Cla - má - bat * E - li - sé - us ad E - lí - am: Pa - ter mi,
 pa - ter mi, cur - rus Is - ra - el et au - rí - ga e - ius!
 E u o u a e.

Oratio

LARGÍRE nobis, Dómine, quáesumus, semper spíritum cogitándi, quæ recta sunt, propítius, et agéndi, ut, qui sine te esse non pós-sumus, secúndum te vívere valeámus. Per.

Suffragia, ut supra.

[Ad matutinum]

Lectio I.

FACTUM est mane, quando sacrificium offerri solet, et ecce, aquæ veniebant per viam Edom, et repléta est terra aquis. Universi Moabitæ, audiéntes, quod ascendissent reges, ut pugnarent adversum eos, convocaverunt omnes, qui erant accincti bálteo désuper, et steterunt in términis. Tu.

Lectio II.

PRIMÓQUE mane surgéntes, et, orto iam sole ex advérso aquárum, vidérunt Moabitæ ecóntra aquas rubras, quasi sánguinem. Dixerúntque: Sanguis est gládii. Pugnavérunt reges contra se, et cæsi sunt mútuo. Nunc perge ad prædam, Moab! Perrexerúntque in castra Israel. Porro consúrgens Israel percússit Moab. At illi fugérunt coram eis. Tu.

Lectio III.

VENÉRUNT, qui vícerant, et percussérunt Moab, et civitátes destruxérunt, et óptimum¹³ omnem agrum, mitténtes sínguli lápides, replevérunt, et univérso fontes aquárum obturavérunt, et ómnia fructífera succidérunt, ita ut muri tantum fíctiles remanérent. Et circúmdata est cívitas a fundibuláriis, et magna ex parte percússa. Tu autem.

Lectio IV.

QUOD autem Moabitæ, orto sole ex advérso aquárum, vidére contra aquas rubras, quasi sánguinem gládii, existimavérunt, dicéntes, quod tres reges, qui contra se venérunt ad pugnam, ínvicem se occidissent, et sic delúsi sunt, ita et philósophi, verbum Crucis Christi stultítiam existimántes, dérident passiónem Christi, et Ecclesiæ martýrium¹⁴ deméntiam existimant. Tu.

Lectio V.

SED, secúndum apóstolum, quod stultum est Dei, sapiéntius est homínibus; quod infírmum est Dei, fórtius est homínibus. Quóniam prudéntia carnis mors est, prudéntia autem spíritus vita et pax. Ad probándum autem, quod Moab præsénti loco super philosophó-

¹³ *Edd.* et] obtinuerunt

¹⁴ *Edd.* Ecclesiæ] martyrum

rum intelligátur supérbia, de quibus dicitur: perdam sapiéntiam sapiéntium, et intelligéntiam intelligéntium reprobábo, pauca de prophétis exémpla replicánda sunt. Tu.

Lectio VI.

AMOS lóquitur: Hæc dicit Dóminus: Super tribus impietátibus Moab · et super quáttuor non adversábor eum. Pro eo, quod combússit ossa regis Idumææ in cínere. Vere enim, quicquid in sæculo dógmatum perversórum, quicquid ad terrénam sapiéntiam pèrtinet, putátur esse robústum. Hoc dialécticum subvértitur, et instar incéndii in cínere favillásque dissólvitur, ut probétur nihil, quod putátur esse fortíssimum. Tu.

Secundum Matthæum

IN illo témpore. Dixit Iesus discíplis suis: Atténdite a falsis prophétis, qui véniunt ad vos in vestiméntis óvium, intrínsecus autem sunt lupi rapáces! Et réliqua.

Homélia Orígenis.

Lectio VII.

ATTÉNDITE a falsis prophétis, qui véniunt ad vos in vestiméntis óvium, intrínsecus autem sunt lupi rapáces! Quod paulo supérius spatiósam et latam viam nominávit, hoc nunc apértius falsos prophétas osténdit, per quos multi in perditiónem abominábilem abiérunt. Qui primo in Iudæa multi apparuérunt, et modo in perfídia totum replevérunt mundum. Sed illi prius falsi prophétæ fuérunt, verissímósque Dómini prophétas usque ad mortem persecúti sunt, sicut Ieremíam et Michéam aliósque multos. Tu.

Lectio VIII.

ISTI autem nunc falsi prophétæ et falsi Christiáni, qui sunt, veráces Christiános sine misericórdia persecúntur et ópprimunt. Aliquándo, si detur cópia, étiam gládiis sine intermissióne, aut suis pravis móribus et exémpis. Idcirco omnes præveniēns Dóminus adhortátus est, dicens: *Atténdite a falsis prophétis*, atténdite diligéntius, observáte cáutius, ut non seducámini, ut non circumveniámini, ut non fallámini! Tu.


Lectio IX.

ATTÉNDITE ergo, hoc est: consideráte, quia non sunt oves, sed lupi in vestiméntis óvium, quia non sunt religiósi, sed irreligiósi in

figúra religiositátis, quod non sunt Christiáni, sed veritate vácuí, Christianórum persecutóres. *Atténdite a falsis prophétis, qui véniunt ad vos in vestiméntis óvium, intrínsecus autem sunt lupi rapáces!* Ipsos et beátus apóstolus, ad Ephésios loquens, designábat, dicens: Scio enim, quia post discéssum meum introíbunt in vos lupi graves, lupi rapáces. Tu.

[Ad laudes]

Ad Benedictus antiphona · 8g1



At - tén - di - te * a fal - sis pro - phé - tis, qui vé - ni - unt
 ad vos in ve - sti - mén - tis ó - vi - um, in - trín - se - cus au - tem
 sunt lu - pi ra - pá - ces. A frú - cti - bus e - ó - rum co - gno -
 scé - tis e - os. E u o u a e.

Ad sextam

Capitulum

FRATRES. Quicúmque enim Spíritu Dei agúntur, hi filii Dei sunt. Non enim accepístis spíritum servitútis íterum in timóre, sed accepístis spíritum adoptiónis filiórum, in quo clamámus: Abba, Pater! Deo.


Ad nonam

Capitulum

FRATRES. Ipse enim Spíritus testimónium reddit spíritui nostro, quod sumus filii Dei, herédes quidem Dei, coherédes autem Christi. Deo.

[Ad vespervas]


Ad Magnificat antiphona · 8g1



Non pot - est * ar - bor bo - na fru - ctus ma - los fá - ce - re,
ne - que ar - bor ma - la fructus bo - nos fá - ce - re.

E u o u a e.

Ad Magnificat antiphona · 8g1



Non o - mnis, * qui di - cit mi - hi: Dó - mi - ne, Dó - mi - ne,
in - trá - bit in re - gnum cæ - ló - rum, sed qui fa - cit vo - lun -
tá - tem Pa - tris me - i, qui in cæ - lis est, i - pse



in - trá - bit in re-gnum cæ- ló- rum, al - le - lú - ia.



E u o u a e.

PER HEBDOMADAM

Lectio I.

FACTA est quædam dies, et transibat Eliséus per Sunam civitatem. Erat autem ibi mulier magna, quæ tenuit eum, ut comederet panem. Cumque frequenter inde transiret, divertebat ad eam, ut comederet panem. Tu autem.

Lectio

QUÆ dixit ad virum suum: Animadverto, quod vir Dei sanctus est iste, qui transit per nos frequenter. Faciamus ergo ei cenaculum parvulum, et ponamus ei in eo lectulum et mensam et sellam et candelabrum! Et, cum venerit ad nos, maneat ibi! Tu.

Lectio

FACTA est dies quædam, et veniens divertit in cenaculum, et requievit ibi. Dixitque ad Giézi, puerum suum: Voca Sunamitem hanc! Qui cum vocasset eam, et ille stisset coram eo, dixit ad puerum: Lóquere ad eam: Ecce, sédula in ómnibus ministrasti nobis. Quid vis, ut faciam tibi? Tu autem.

Lectio

NUMQUID habes negotium, et vis, ut loquar regi sive principi militiæ? Quæ respondit: In médio pópuli mei habito. Et ait: Quid ergo vult, ut faciam ei? Dixitque Giézi: Ne quæras! Fílium enim non habet, et vir eius senex est. Tu autem.

Lectio

PRÆCÉPIT itaque, ut vocaret eam. Quæ cum vocata fuisset, et stisset ad óstium, dixit ad eam: In tempore isto et hac eadem hora,

si vita comes fuerit, habebis in útero filium. Tu.

Lectio

AT illa respondit: Noli, quæso, dómine mi, vir Dei, noli mentíri ancillæ tuæ! Et concépit, et péperit múlier filium in témpore, et in hora eádem, qua díxerat Eliséus. Tu.

Lectio

CREVIT puer, et, cum esset quædam dies, et egréssus esset ad patrem suum ad messóres, ait patri suo: Caput meum dóleo. Caput meum dóleo. At ille dixit púero: Tolle, et duc eum ad matrem suam! Qui cum tulisset, et adduxisset eum ad matrem suam, pósuit eum illa super génua sua usque ad merídiem, et mórtuus est. Tu autem.

Lectio

ASCÉNDIT autem, et collocávit eum super lectum hóminis Dei, et clausit óstium. Et egréssa, vocávit virum suum, et ait: Mitte mecum, óbsecro, unum de púeris et ásinam, ut excúrram ad hóminem Dei, et revértar! Tu.

Lectio

QUI ait illi: Quam ob causam vadis ad eum hódie? Non sunt Kaléndæ, neque sábbatum. Quæ respondit: Vadam. Stravitque ásinam, et præcépit púero: Mina, et própera, ne mihi moram fácias in eúndo, et hoc age, quod præcípio tibi! Tu.

DOMINICA NONA

ad vesperas

Antiphona: Benedíctus. Ps. Ipsum.

Capitulum

FRATRES. Non simus concupiscéntes malórum, sicut et illi concupierunt; neque idólatræ efficiámini, sicut quidam ex ipsis, quemádmódum scriptum est: Sedit pópulus manducáre et bíbere, et surrexérunt lúdere. Deo.


Responsorium · 1

E - mít - te, * Dó - mi - ne, sa - pi - én - ti - am de
 se - de ma - gni - tú - di - nis tu - æ, * ut me - cum
 sit, et me - cum la - bó - ret, ut sci - am,
 quid ac - cé - ptum sit co - ram te o - mni tém -
 po - re! **V.** Da mi - hi, Dó - mi - ne, sé - di - um tu - á -
 rum as - si - strí - cem, sa - pi - én - ti - am!
Ut me - cum sit.

Hymnus: O, Pater sancte. Versiculus: Vespertína.


Ad Magnificat antiphona · 8g2

Sa - pi - én - ti - a * clá - mi - tat in pla - té - is: Si quis dí -



li - git sa - pi - én - ti - am, ad me de - clí - net, et e - am
 in - vé - ni - et, et, e - am dum in - vé - ne - rit, be - á -
 tus est, si te - nú - e - rit e - am. E u o u a e.

Ad Magnificat antiphona · 4c



Præ - be, fi - li * cor tu - um mi - hi, ó - cu - li tu - i
 ví - de - ant æ - qui - tá - tem, ut ad - dá - tur grá - ti - a
 cá - pi - ti tu - o. E u o u a e.

Oratio

PÁTEANT aures misericórdiæ tuæ, Dómine, précibus supplicántium, et, ut peténtibus desideráta concédas, fac eos, quæ tibi plácita sunt, postuláre.

Suffragia, ut supra.


Liber Sapientiæ

Lectio I.

PARÁBOLÆ Salomónis, fílii David, regis Israel, ad sciéndam sapiéntiam et disciplínam, ad intelligénda verba prudéntiæ, et suscipiéndam eruditiónem doctrínæ, iustítiam et iudícium et æquitátem,

ut detur párvulis astútia, adolescéntibus sciéntia et intelléctus. Audiens sápiens sapiéntior erit, et intélligens gubernácula possidébit. Tu.

Responsorium · 1



In prin - cí - pi - o * De - us, an - te - quam ter - ram fá -
ce - ret, pri - úsqvam a - býssos con - sti - tú - e - ret,
pri - úsqvam pro - dú - ce - ret fon - tes a - quá - rum,
án - tequam mon - tes col - lo - ca - rén - tur, * an - te o -
mnes col - les ge - ne - rá - vit me Dó - mi - nus.
V. E - go in al - tís - si - mis há - bi - to, et thronus me - us
in co - lú - mna nu - bis. An - te o - mnes.

Lectio II.

ANIMA advértet parábolam et interpretatióem, verba sapiéntium et aénigmata eórum. Timor Dómini princípium sapiéntiæ. Sapiéntiam atque doctrínam stulti despíciunt. Audi, fili mi, disciplínam patris tui, et ne dimíttas legem matris tuæ, ut addátur grátia cápiti tuo, et torques collo tuo. Tu.


Responsorium: Emitte, Dómine, sapiéntiam, ut supra.

Lectio III.

FILI mi! Si te lactáverint peccatóres, ne acquiéscas eis! Si díxerint: Veni nobíscum, insidiémur sánguini, abscondámus tendículas contra insóntem frustra, deglutiámus eum, sicut inférnus, vivéntem, et íntegrum, quasi descendéntem in lacum! Omnem pretiósam substántiam reperiémus, implébimus domos nostras spóliis, sortem mitte nobíscum, marsúpium unum sit ómnium nostrum! Tu.

Responsorium · 5

Dó-mi - ne, Pa - ter et De - us vi - tæ
me - æ, ne de - re - lín - quas me in co - gi - tá - tu
ma - lí - gno, ex - tol - lén - ti - am o - cu - ló -
rum me - ó - rum ne dé - de - ris mi - hi,
et de - si - dé - ri - um ma - lí - gnum a - vér - te
a me, Dó - mi - ne; au - fer a me con - cu -
pi - scén - ti - am, * et á - ni - mo ir - re - ve - rén - ti



et in - fró - ni - to ne tra - das me,

Dó - mi - ne! **V.** Da mi - hi, Dó - mi - ne,


sé - di - um tu - á - rum as - si - strí - cem sa - pi - én -

ti - am! **E**t á - ni - mo.

Lectio IV.

PARÁBOLÆ sunt similitúdines, quæ comparatióne visibílium rerum atque corporálium · ea, quæ sunt invisibília atque spirituália, diligéntibus disciplínam insínuant. De hac comparatióne visibílium apóstolus ait: Invisibília enim ipsíus a creatúra mundi per ea, quæ facta sunt intellécta, conspiciúntur, sempitérna quoque virtus eius ac divínitas. Tu.

Responsorium · 1



Da mi - hi, * Dó - mi - ne, sé - di - um tu - á - rum as -

si - strí - cem sa - pi - én - ti - am, et no - li

me re - pro - bá - re a pú - e - ris tu - is,

* quó-ni - am ser - vus tu - us sum e - go, et fí - li -
us an - cíl - læ tu - æ! V. Dó-mi - ne, Pa - ter
et De - us vi - tæ me - æ, ne de - re - línquas me a co -
gi - tá - tu¹⁵ ma - lí - gno! Quó-ni - am.

Lectio V.

POSSUNT non incógrue étiam parábolæ provérbia vocári. Nam et provérbia plerúmque tam obsúre dicúntur, ut mérito éadem posint étiam parabolárum nómine notári. Dómino attestánte, qui ait: Hæc in provérbiis locútus sum vobis. Iustítiam et iudícium et æquitátem: in iustítia áctio recta, in iudício discrétio boni ac mali, in æquitáte vero rectitúdo mentis intelligitur. Tu.

Responsorium · 6

Gy - rum cæ - li * cir - cu - í - vi so - la, et in
flú - cti - bus ma - ris am - bu - lá - vi, in o - mni
gen - te et in o - mni pó - pu - lo pri - má -

¹⁵ BNS me] in cogitatu

tum té - nu - i, * su - per - bó - rum et sub - lí -
 mi - um col - la pró - pri - a vir - tú - te cal -
 cá - vi. **V.** E - go in al - tís - si - mis
 há - bi - to, et thronus me - us in co - lú - mna
 nu - bis. **Su** - per - bó - rum.

Lectio VI.

UT detur párvulis astútia, et adolescénti sciéntia et intelléctus. Párvuli dicúntur sensu simplices. Adolescéntes vero iam fide et ópere proficiéntes. Vel párvulos dicit eos, qui nuper sapiéntiæ fidem commendáre cœpérunt. Adolescéntem, qui aliquántum iam auditióne próficit, quia, qui prudénter declínat falsa, consequénter sciéntiam veritátis accípiet. Tu.

Responsorium · 2

In - í - ti - um * sa - pi - én - ti - æ ti - mor Dó -
 mi - ni, in - tel - lé - ctus bo - nus ó - mni - bus fa -

ci - én - ti - bus e - um, * lau - dá - ti - o e -
 ius ma - net in sǎ - cu - lum sǎ - cu - li.
V. Di - spér - sit, de - dit pau - pé - ri - bus. **Lau - dá - ti -**
 o e - ius.

Secundum Lucam

IN illo tēpore. Dixit Iesus discipulis suis parábolam hanc: Homo quidam erat dives, qui habébat villicum, et hic diffamátus est apud illum, quasi dissipásset bona illíus. Et réliqua.

Homélie beáti Hieronými presbýteri.

Lectio VII.

QUÆSTIÚNCULAM mihi proposuísti de Evangélio Lucae, o, Algátia, qui sit villicus iniquitátis, qui Dómini voce laudátur. Cuius cum scire vellem ratiómem, et de quo fonte procésserit, revólvi volúmen evangélicum, et inter cétera répperi, quod appropinquántibus Salvatóri publicánis et peccatóribus, ut audírent eum, murmurábant pharisæi et scribæ, dicéntes: Quare iste peccatóres súscipit, et cómedit cum eis. Tu.

Responsorium · 1

Ver - bum * in - í - quum et do - ló - sum lon - ge
 fac a me, Dó - mi - ne, di - ví - ti - as et pauper -


tá - tes ne dé - de - ris mi - hi, * sed tan -
 tum ví - ctu - i me - o trí - bu - e ne - ces -
 sá - ri - a! **V.** Ne for - te sa - ti - á - tus é - vo -
 mam il - lud, et per - iú - rem no - men De - i
 me - i! **Sed tantum.**

Lectio VIII.

QUI locútus est eis parábolam centum óvium, et uníus pérditæ, quæ invénta, pastóris húmeris reportáta est. Et, cur esset propó - sita, statim íntulit: Dico vobis, quod ita gáudium erit in cælo super uno peccatóre, pæniténtiam agénte, quam super nonagínta novem iustis, qui non habent opus pæniténtia. Aliam quoque parábolam decem drachmárum · uníusque pérditæ atque repértæ cum proposuís - set, símili eam fine complévit. Sic dico vobis: Gáudium erit ángelis Dei super uno peccatóre, pæniténtiam agénte. Tu.

Responsorium · 3

Ma- gna e - nim * sunt iu - dí - ci - a tu - a, Dó -
 mi - ne, et in - e - nar - ra - bí - li - a ver - ba




tu - a; * ma - gni - fi - cá - sti pó - pu - lum tu -
 um, et ho - no - rá - sti. **V.** De - du - xí - sti,
 sic - ut o - ves, pó - pu - lum tu - um in ma - nu Mó - y -
 si et Aa - ron. **M**a - gni - fi - cá - sti.


Lectio IX.

TÉRTIAM quoque parábolam propósuit hóminis, habéntis duos fili-
 os, et dividéntis inter eos substántiam. Cumque minor, facultáti-
 bus pérditis, egére cœpisset et comédere síliquas, porcórum cibum,
 revérsus ad patrem, suscéptus est ab eo. Frater, quóniam ínvidens,
 sénior patris voce corrípitur, quod lætári debúerit et gaudére, quia
 frater eius mórtuus fúerat, et revíxit, perierat, et invéntus est. Has
 tres parábulas contra pharisaéos et scribas locútus est, qui nolébant
 recíperé pæniténtiam peccatórum, et publicanórum salútem. Tu.

Responsorium · 4




Ne de - re - lín - quas me, * Dó - mi - ne, Pa - ter
 et do - mi - ná - tor vi - tæ me - æ, ut non cór - ru - am
 in con - spé - ctu ad - ver - sa - ri - ó - rum me - ó - rum!




* Ne gáu - de - at de me in - i - mí - cus
 me - us! **V.** Ap-pre-hén-de ar - ma et scu - tum,
 et ex - súr-ge in ad - iu - tó - ri - um mi - hi!
 Ne gáu - de - at.

Responsorium · 2




Quæ sunt * in cor-de hó - mi - num, ó - cu - li tu - i
 ví - dent, Dó - mi - ne, et in li - bro tu - o
 ó - mni - a scri - bén - tur; * ho - mo vi - det in
 fá - ci - e, De - us au - tem in
 cor - de. **V.** Im-per-fé - ctum me - um vi - dé - runt ó -



cu - li tu - i, et in li - bro tu - o ó - mni - a
scri - bén - tur. **H**o - mo vi - det.

Responsorium · 1



Præ - be, fi - li,* cor tu - um mi - hi, et ó - cu - li
tu - i vi - as me - as cu - stó - di - ant,
* ut ad - dá - tur grá - ti - a cá - pi - ti
tu - o! **V.** At - tén - de, fi - li mi, sa - pi - én - ti - am
me - am, et ad e - ló - qui - um me - um in - clí - na au -
rem tu - am! **U**t ad - dá - tur.

Responsorium · 3



Su - per sa - lú - tem * et omnem pul - chri - tú - di -




nem di - lé - xi sa - pi - én - ti - am,
 et pro - pó - su - i pro lu - ce ha - bé - re
 il - lam, * ve - né - runt mi - hi ó - mni - a bo - na
 pá - ri - ter cum il - la. **V.** Di - xi sa - pi - én -
 ti - æ: So - ror me - a es, et pru - dén - ti - am vo - cá - vi
 a - mí - cam me - am. **Ve - né - runt.**

Ad laudes

Antiphona: Indútus est et cetera.

Ad Benedictus antiphona · 1g1



Di - xit dó - mi - nus * víl - li - co: Quid hoc áu - di - o
 de te? Red - de ra - ti - ó - nem vil - li - ca - ti - ó - nis



Ad sextam

Capitulum

FRATRES. Non fornicémur, sicut quidam ex ipsis fornicáti sunt, et cecidérunt una die viginti tria mília, neque tentémus Christum, sicut quidam eórum tentavérunt, et a serpéntibus periérunt! Deo.

Ad nonam

Capitulum

FRATRES. Neque murmuravéritis, sicut quidam eórum murmura-
vérunt, et periérunt ab exterminatóre! Hæc autem ómnia in figú-
ra contingébant illis, scripta sunt autem ad correptiónem nostram, in
quos fines sæculórum devenérunt. Deo.

[Ad vespas]

Ad Magnificat antiphona · 4e

Quid fá - ci - am, * qui - a dó - mi - nus me - us au - fert a
me vil - li - ca - ti - ó - nem? Fó - de - re non vá - le - o,
men - di - cá - re e - ru - bé - sco. Sci - o, quid fá - ci - am,

ut, cum a - mó- tus fú - e - ro a vil - li - ca - ti - ó - ne,
re - cí - pi - ant me in do - mos su - as. E u o u a e.

PER HEBDOMADAM

Lectio I.

FILI mi! Si suscéperis sermónes meos, et mandáta mea abscónderis penes te, ut áudiat sapiéntiam auris tua, inclína cor tuum · ad cognoscéndam prudéntiam! Tu.

Lectio

SI sapiéntiam invocáveris, et inclináveris cor tuum prudéntiæ, si quæsiéris eam, quasi pecúniã, et, sicut thesáuros, effóderis illam, tunc intélliges timórem Dómini, et sciéntiam Dei invénies. Tu.

Lectio

QUIA Dóminus dat sapiéntiam, et ex ore eius sciéntia et prudéntia. Custódiat rectórum salútem, et próteget gradiéntes simpliciter, servans sémitas iustítia, et viam sanctórum custódiens. Tu autem.

Lectio

NUNC intélliges iustítiam et iudícium et æquitátem et omnem sémitam bonam. Si intráverit sapiéntia cor tuum, et sciéntia áni- mæ tuæ placúerit. Tu.

Lectio

CONSÍLIUM custódiat te, et prudéntia servábit te, ut eruáris de via mala · et ab hómine, qui pervérsa lóquitur. Qui relínquunt iter rectum, et ámbulant per vias tenebrósas. Tu autem.

Lectio

QUI lætántur, cum male fécerint, et exsúltant in rebus péssimis. Quorum viæ pervérsæ, et infámes gressus eórum. Ut eruáris a

muliere aliéna, et ab extránea, quæ mollit sermónes suos, et relínquit ducem pubertátis suæ, et pacti Dei sui oblíta est. Tu.

Lectio

INCLINÁTA est enim ad mortem domus eius, et ad ínferos sémitæ ipsíus. Omnes, qui ingred[i]úntur ad eam, non reverténtur, nec apprehéndent sémitas vitæ, ut ámbules in via bona, et calles iustórum custódias. Tu.

Lectio

QUI enim recti sunt, habitábunt in terra, et símplices permanébunt in ea. Impii vero de terra perdéntur, et, qui iníque agunt, aufe-réntur ex ea. Tu.

Lectio

FILI mi, ne obliviscáris legis meæ, et præcépta mea custódiat cor tuum. Longitúdinem enim díerum et annos vitæ et pacem appó- nent tibi, misericórdia et véritas non te déserant. Circúm-da eas gút- turi tuo, et scribe in tábulis cordis tui. Et invénies grátiam et disciplí- nam coram Dómino et homínibus.

DOMINICA DECIMA

[ad vespervas]

Capitulum


FRATRES. Scitis, quóniam, cum gentes essétis, ad simulácula muta prout ducebámini, eúntes. Ideo notum vobis fácio, quod nemo in Spírítu Dei loquens dicit anáthema Iesu, et nemo potest dícere: Dó- minus Iesus, nisi in Spírítu Sancto. Deo.

Responsorium: Da mihi, Dómine. **Hymnus:** O, Pater sancte. **Versiculus:** Vespertína.

Ad Magnificat antiphona · 8g1



Dó-mi-nus pos-sé-dit me * in-í-ti-o vi-á-rum



su - á - rum, án - tequam quicquam fá - ce - ret a prin - cí -
 pi - o, nec-dum e - rant a - býs - si, et e - go par - tu -
 ri - é - bar, quando præ - pa - rá - bat cæ - los, ád - e - ram
 cum e - o, compó - nens ó - mni - a. E u o u a e.

Oratio

DEUS, qui omnipoténtiam tuam parcéndo máxime et miserándo manífestas: multíplica super nos grátiam tuam, ut, ad tua promíssa curréntes, cæléstium bonórum fácias esse consórtes!

Suffragia, ut supra.

[Ad matutinum]

Lectio I.

FILI mi! Auscúlta sermónes meas, et ad elóquia mea inclína aurem tuam! Ne recédant ab óculis tuis, custódi ea in médio cordis tui! Vita enim sunt inveniéntibus ea, et univérsæ carni sánitas. Omni custódia serva cor tuum, quia ex ipso vita procédit! Rémove a te os pravum, et detrahéntia lábia sint procul a te! Tu autem.

Lectio II.

OCULI tui recta vídeant, et pálpebræ tuæ præcédant gressus tuos! Dírige sémitam pédibus tuis, et omnes viæ tuæ stabiliéntur! Ne declínes ad dexteram et ad sinístram, avérte pedem tuum a malo! Vi-as enim, quæ a dextris sunt, novit Dóminus. Pervérsæ vero sunt, quæ a sinístris sunt. Tu.

Lectio III.

IPSE autem rectos faciet cursus tuos, itinera autem tua in pace producet. Fili mi, attende sapientiam meam, et prudentiam meam inclina aurem tuam! Ut custodias cogitationes, et disciplinam labia tua conservent! Favus enim distillans labia meretricis, et nitidius oleo guttur eius. Nunc ergo, fili, audi me, et ne recedas a verbis oris mei, longe fac ab ea viam tuam, et ne appropinques foribus domus eius! Tu.

Lectio IV.

OMNI custodia serva cor tuum, quia ex ipso vita procedit! Sunt, qui recte vivere videntur hominibus, sed, quia recta intentione non faciunt. A Deo, qui cor respicit pravum, reprobatur vita, quae credebatur bona. Omni ergo diligentia cordis munditiam serva, quia ad eius examen · modus aemulatur vitae. Tu.

Lectio V.

REMOVE a te os pravum, et detrahentia labia sint procul a te! Duobus modis sentiendum est, et, ut os tuum ne pravum loquatur aliquid, tuaque labia ne detractionibus assuescant, custodias! Et alios quosquam, huic vitio subditos, ne te corrumpant, fugias! Oculi tui recta videant, et palpebrae tuae praecedant gressus tuos! Tu.

Lectio VI.

HOC est iter iustitiae, quo ingredi debeas; diligenter edisce, et in cunctis, quae agere disponis sollicitus, ad quem sint finem ventura, praevide! Palpebrae quippe gressus praecedunt, cum operationem nostram · consilia recta praeveniunt! Qui enim negligit considerando praevidere, quod facit, gressus tendit, oculos claudit, pergendo iter conficit, sed providendo sibimetipsum antecedit. Atque idcirco otius currit, quia, quo pedem ponere debeat, per palpebram consilii non praevidet. Tu autem.

Secundum Lucam

IN illo tempore. Cum appropinquaret Iesus Ierusalem, videns civitatem, flevit super illam, dicens: quia si cognovisses et tu, et quidem in hac die tua, quae ad pacem tibi, nunc autem abscondita sunt ab oculis tuis! Et reliqua.

Homélia beáti Gregórii papæ.

Lectio VII.

LECTIÓNEM brevem sancti Evangélii brevi, si possum, volo sermóne transcúrrere, ut illis in ea prolíxior detur inténtio, qui sciunt ex paucis multa cogitáre. Quod, flente Dómino, illa Hierosolymórum subvर्सio describitur, quæ a Vespasiáno et Tito, Románis princípibus facta est, nullus, qui históriam eversiónis eiúsdem legit, ignórat. Tu.

Lectio VIII.

ROMÁNI enim príncipes denuntiántur, cum dicitur: *Quia vénient dies in te, et circúmdabunt te inimíci tui vallo, et coangustábunt te úndique, et ad terram constérnent te, et filios tuos, qui in te sunt.* Hoc quoque, quod ádditur: *et non relínquent in te lápidem super lápidem,* étiam ipsa eiúsdem civitátis transmigrátio testátur, quia, dum nunc in eo loco constrúcta est, ubi extra portam fúerat Dóminus crucifíxus, prior illa Ierúsalem, ut dicitur, fúnditus est evérsa. Tu autem.

Lectio IX.

CUI ex qua culpa eversiónis suæ pœna illáta fúerit, subiúngitur: *Eo quod non cognóveris tempus visitatiónis tuæ.* Créator quippe ómnium per incarnatiónis suæ mystérium · hanc visitáre dignátus est, sed ipsa timóris et amóris illíus recordáta non est. Unde étiam per prophétam in increpatione cordis humáni, aves cæli in testimonium deducúntur, cum dicitur: *Milvus in cælo cognóvit tempus suum, turtur, hirúndo et cicónia · custodiérunt tempus advéntus sui, pópulus autem meus non cognóvit iudícium Dómini.* Tu.

[Ad laudes]

Ad Benedictus antiphona · 1d1

Cum appropinquet Dó-mi - nus * Ie - rú - sa - lem, vi-dens
ci - vi - tá - tem, fle- vit su - per il - lam, et di- xit: qui - a

si co-gno-vís-ses et tu, qui-a vé-ni-ent di-es
 in te, et cir-cúm-da-bunt te, et co-an-gu-stá-bunt te
 ún-di-que, et ad ter-ram prostér-nent te, e-o quod non
 co-gno-ví-sti tempus vi-si-ta-ti-ó-nis tu-æ,
 al-le-lú-ia! E u o u a e.

Ad sextam

Capitulum

FRATRES. Divisiónes gratiárum sunt, idem autem Spíritus; et divisiónes ministratiónum sunt, idem autem Dóminus; et divisiónes operatiónum sunt, idem vero Deus, qui operátur ómnia in ómnibus. Deo.

Ad nonam

Capitulum

FRATRES. Unicuíque datur manifestátio Spíritus ad utilitátem. Alii quidem per Spíritum datur sermo sapiéntiæ. Alii autem sermo sciéntiæ secúndum eúndem Spíritum. Alteri fides in eódem Spíritu. Alii grátia sanitátum in uno Spíritu. Alii operátio virtútum. Alii prophétia. Alii discrétio spírituum. Alii génera linguárum, álii interpre-

tátio sermónum. Hæc autem ómnia operátur unus atque idem Spíritus, dívidens síngulis, prout vult. Deo.

[Ad vespas]

Ad Magnificat antiphona · 8g2

Vi-dens Dó-mi-nus * ci-vi-tá-tem Ie-rú-sa-lem,
 fle-vit su-per il-lam, di-cens: qui-a si co-gno-vís-ses,
 quæ ad pa-cem ti-bi, nunc au-tem abs-cón-di-ta sunt ab
 ó-cu-lis tu-is! E u o u a e.

PER HEBDOMADAM

Lectio I.

FILI mi, si spondísti pro amico tuo, defixísti apud extráneum manum tuam. Illaqueátus es verbis oris tui, et captus própriis sermónibus tuis. Tu.

Lectio

FAC ergo, quæ dico, fili mi, et temetípsum líbera, quia incidísti in manus próximi tui! Discúrre, festína, súscita amicum tuum; ne déderis somnum óculis tuis, nec dórmitent pálpebræ tuæ!

Lectio

ERÚERE, quasi dámula de manu, et quasi avis de insídiis aucúpis! Vade ad formícam ópiger, et considera vias eius, et discite sapiéntiam, quæ, cum non hábeat ducem ac præceptórem, nec príncipem, parat æstáte cibum sibi, et cóngregat in messe, quod cómedat. Tu.

Lectio

USQUEQUO piger dormis, quando exsúrges de somno tuo, páululum dórmies, páululum dormitábis, páululum cónseres manus, ut dórmias. Tu.

Lectio

ET véniet tibi, quasi viátor, egéstas, et paupéries, quasi vir armátus. Si vero ímpiger fúeris, véniet, ut fons, messis tua, et egéstas longe fúgiet a te. Tu.

Lectio

HOMO apóstata, vir inútilis gráditur ore pervérso, ánnuit óculis, terit pede, dígito lóquitur. Pravo corde machinátur malum, et omni témpore iúrgia séminat. Tu.

Lectio

HUIC ex improvísio véniet perdítio sua, et súbito conterétur, nec habébit ultra medicínam. Sex sunt, quæ odit Dóminus, et séptimum detestátur ánima eius. Tu.

Lectio

OCULOS sublimes, linguam mendácem, manus effundéntes innóxium sánguinem, cor máchinans cogitatiónes péssimas, pedes velóces ad curréndum in malum, proferéntem mendácium, testem fallácem, et eum, qui séminat inter fratres discórdias. Tu.

Lectio

CONSÉRVA, fili mi, præcépta patris tui, et ne dimíttas legem matris tuæ! Alliga eam in corde tuo, iúgiter circúmدا gútturi tuo! Cum ambuláveris, gradiántur tecum, cum dormíeris, custódiant te, et evígilans lóquere cum eis! Tu.

DOMINICA UNDECIMA

[ad vesp̄eras]

Capitulum

FRATRES. Notum vobis fácio evangélium, quod prædicávi vobis, quod accepístis, in quo et statis, per quod et salvámini. Deo.

Responsorium: Gyrum cæli et cetera.

Ad Magnificat antiphona · 8g1



Sa - pi - én - ti - a * æ - di - fi - cá - vit si - bi domum, ex - cí -



dit co - lú - mnas se - ptem, súb - di - dit si - bi gen - tes, su - per -



borúmque¹⁶ et sub - lí - mi - um col - la pró - pri - a vir - tú - te



cal - cá - vit. E u o u a e.

Oratio

OMNÍPOTENS, sempitérne Deus, qui abundántia pietátis tuæ et mérita súpplícum excédis et vota: effúnde super nos misericórdiam tuam, ut dimíttas, quæ consciéntia métuit, et adíicias, quod orátio non præsumit. Per.

Suffragia, ut supra.

¹⁶ Edd. gentes] superborum

[Ad matutinum]

Lectio I.

GLÓRIA Dei est celáre verbum, et glória regum investigáre sermónem. Cælum sursum, et terra deórsum, et cor regum inscrutábile. Aufer rubiginem de argéto, et egrediétur vas puríssimum! Aufer impietátem de vultu regis, et firmábitur iustítia thronus eius! Tu.

Lectio II.

NE gloriósus appáreas coram rege, et in loco magnórum ne stéteris! Mélius est, ut dicátur tibi: ascénde huc, quam ut humiliéris coram príncipe. Quæ vidérunt óculi tui, ne próferas in iúrgio cito, ne póstea emendáre non póteris, cum dehonéstáveris amícum tuum! Tu.

Lectio III.

CAUSAM tuam tracta cum amíco tuo, et secrétum extráneo ne revéles, ne forte insúltet tibi, cum audierit, et exprobare non cesset! Mala áurea in lectis argénteis, qui lóquitur verbum in témpore suo. In auris áurea, et margaríta fulgens, qui árguit sapiéntem, et aures obœdiéntem. Tu.

Lectio IV.

GLÓRIA *Dei est celáre verbum, et glória regum investigáre sermónem.* Deus, hic est Christus, Fílius Dei, cuius glória fuit celáre Verbum, id est seípsum, quando natus in carne, pótius se hóminis, quam Dei Fílium dici et confitéri vóluit, ut eum diábolus non agnósceret, et sic sua passióne genus humánum liberáret.

Lectio V.

NAM, si agnovísset, numquam crucifixísset. Celábat ergo sermónem, quando in forma servi occultábat poténtiam divinitátis, ut diábolus, agnóscens fragilitátem carnis, festináret eum trádere passióni crucis, quátenus per ignorántiam passiónis · perveníret ad glóriam resurrectiόνis. Tu.

Lectio VI.

ET *glória regum investigáre sermónem.* Reges dicit sanctos apóstolos, qui quotienscúmque non maniféste se eis Deum demonstrábat, sed pótius mýstice intélligi volébat, summa diligéntia perscrutabántur sermónem eius, ut illud: Ego et Pater unum sumus, et cetera huúsmodi. Tu.

Secundum Lucam

IN illo tēpore. Dixit Iesus ad quosdam, qui in se confidēbant, tamquam iusti, et aspernabāntur cēteros, parabolam istam: Duo hómīnes ascendērunt in templum, ut orārent, unus pharisæus, et alter publicānus. Et reliqua.

Homélie venerābilis Bedæ presbýteri.

Lectio VII.

DIXIT Iesus ad quosdam, qui in se confidēbant, tamquam iusti, et aspernabāntur cēteros, parabolam istam. Quia parabolam Dóminus, qua semper orāre, et non defícere docēbat, ita conclúsit, ut diceret, veniēnte iúdice, difícilē fidem in terra reperiēdam, ne quis sibi forte de supervácuā fidei cogitatíone, vel étiam confessíone blandirétur ... Tu.

Lectio VIII.

MOX per áliam iuxta parabolam diligēntius osténdit a Deo fidei non verba examinānda, sed ópera. Inter quæ nimírum ópera · máxime regnat humilitas. Unde et supra, cum fidem grano sínapis, minúto quidem, sed ex contritíone flagránti comparáret, quasi exponēdo subiúnxit: Cum feceritis ómnia, quæ præcépta sunt vobis, dícite: servi inútiles sumus. Tu.

Lectio IX.

CUI contra supérbi, cum nequáquam ómnia, sed módicum quid eórum, quæ præcépta sunt, fáciant, non solum mox de sua iustítia præsumunt, sed et infirmos quosque despíciunt, atque ídeo, quasi fide vácuī, cum oráverint, non exaudiúntur. *Duo hómīnes ascendērunt in templum, ut orārent. Unus pharisæus, et alter publicānus.* Publicānus humíliter orans, ad illa præfátæ víduæ, hoc est Ecclésiæ membra pertíneat. De quibus supra dícitur: Dóminus autem non fáciat vindíctam electórum suórum, clamántium ad se. Tu autem.

[Ad laudes]

Ad Benedictus antiphona · 1d1



rá- rent. U - nus pha - ri - sœ - us, et al - ter pu - bli -
 cá - nus. Pha - ri - sœ - us stans, hæc a - pud se o - rá - bat:
 De - us, grá - ti - as ti - bi a - go, qui - a non sum,
 sic - ut cé - te - ri hó - mi - num: ra - ptó - res, in - iú - sti,
 ad - úl - te - ri, vel - ut é - ti - am hic pu - bli - cá - nus.
 Pu - bli - cá - nus au - tem stans, per - cu - ti - é - bat pec - tus
 su - um, di - cens: De - us, pro - pí - ti - us e - sto mi - hi,
 pec - ca - tó - ri! E u o u a e.

Ad sextam

Capitulum

FRATRES. Qua ratióne prædicáverim vobis, si tenétis, nisi frustra credidístis? Trádidí enim vobis in primis, quod et accépi, quóniam Christus mórtuus est pro peccátis nostris secúndum Scriptúras, et

quia sepúltus est, et quia surréxit tértia die secúndum Scriptúras, et quia visus est Cephæ, et post hoc úndecim.


Ad nonam

Capitulum

FRATRES. Ego enim sum mínimus ómnium apostolórum, quia non sum dignus vocári apóstolus, quóniam persecútus sum Ecclési-am Dei, grátia autem Dei sum id, quod sum, et grátia eius in me vá-cua non fuit. Deo.

[Ad vespervas]

Ad Magnificat antiphona - 1d1



Stans a lon - ge * pu - bli - cá - nus, no - lé - bat ó - cu - los
ad cæ - lum le - vá - re, sed per - cu - ti - é - bat pectus
suum, di - cens: De - us, pro - pí - ti - us e - sto mi - hi,
pec - ca - tó - ri! E u o u a e.

PER HEBDOMADAM

Lectio I.

IACULUM et gladius et sagitta acuta homo, qui loquitur contra proximum suum testimonium falsum. Dens putridus et pes lassus, qui sperat super infideli in die angustiae, et amittit pallium in die frigoris. Tu.

Lectio

ACETUM in nitro, qui cantat carmina corde pessimo. Si esurierit inimicus tuus, ciba illum, si sitierit, da ei aquam bibere! Prunas enim congregabis super caput eius, et Dominus reddet tibi. Tu.

Lectio

VENTUS aquilo dissipat pluvias, et facies tristis linguam detrahentem. Melius est sedere in angulo domatis, quam cum muliere litigiosa in domo communi. Tu.

Lectio

AQUA frigida animae sitienti, et nuntius bonus de terra longinqua. Fons turbatus pede et vena corrupta iustus, cadens coram impio. Tu.

Lectio

SICUT qui mel comedit multum, non est ei bonum, sic qui scrutator est maiestatis, opprimetur a gloria. Sicut urbs patens et absque murorum ambitu, sic vir, qui non potest in loquendo cohibere spiritum suum. Tu.

Lectio

QUOMODO nix in aestate et pluviae in messe, sic indecens est stulto gloria. Nam, sicut avis ad alta transvolans, et passer quolibet vadens, sic maledictum, frustra perlatum, in quempiam superveniet. Tu.

Lectio

FLAGELLUM equo et chamus asino et virga dorso imprudentium. Ne respondeas stulto iuxta stultitiam suam, ne efficiaris ei similis! Tu.

Lectio

RESPONDE stulto iuxta stultitiam suam, ne sibi sapiens esse videatur! Claudus pedibus et iniquitatem bibens, qui mittit verba per nuntium stultum. Tu autem.

Lectio

QUÓMODO pulchras frustra habet claudus t́bias, sic indecens est in ore stultórum parabola. Sicut, qui mittit lápidem in acérvum mercúrii, ita, qui tríbuit insipiénti honórem. Tu.

DOMINICA DUODECIMA


[ad vesp̄as]

Capitulum

FRATRES. Fidúciam talem habémus per Christum ad Deum, non quod sufficiéntes simus cogitáre áliquid a nobis, quasi ex nobis, sed sufficiéntia nostra ex Deo est. Deo.

Responsorium: Super salútem.

Ad Magnificat antiphona · 8g2



O - mnis * sa - pi - én - ti - a a Dó - mi - no, De - o est,
 et cum il - lo fu - it sem - per, et est an - te e - um.
 E u o u a e.

Oratio

OMNÍPOTENS et miséricors Deus, de cuius múnere venit, ut tibi a fidélibus tuis digne et laudabíliter serviátur: tríbue nobis, quæsumus, ut ad promissiónes tuas · sine offensióne currámus. Per.

Suffragia, ut supra.

[Ad matutinum]

Lectio I.

VERBA ecclesiastes, filii David, regis Ierúsalem. Vánitas vanitátum, dixit ecclesiastes, et ómnia vánitas. Quid habet ámplius homo de univérso labóre suo, quod labórat sub sole? Generátio præterit, et generátio ádvenit, terra vero in aetérnum stat.

Lectio II.

ORÍTUR sol, et óccidit, et ad locum suum revértitur, ibíque renáscens gyrat per merídiem, et fléctitur ad aquilónem, lustrans univérsa in circúitu, pergít spíritus, et in locum suum revértitur. Omnia flúmína intrant in mare, et mare non redúndat. Tu.

Lectio III.

AD locum, unde éxeunt, flúmína revertúntur, ut íterum fluant.¹⁷ Cuncta háeresis difficilis, non potest eam homo explicáre sermóne. Non saturátur óculus visu, nec auris implétur audítu. Quid est, quod fuit? Ipsum, quod futúrum est. Quid est, quod factum est? Ipsum, quod faciéndum est. Nihil sub sole novum, nec valet quisquam dícere: ecce, hoc recens est.

Lectio IV.

VÁNITAS *vanitátum*, dixit ecclesiastes, et ómnia vánitas. Quid superest hómíni in omni labóre suo, quod labórat sub sole? Post generálem senténtiam, quod vana sint ómnia, ab homínibus íncipit, quod frustra in mundi istíus labóre desúdent congregántes¹⁸ divítias, erudiéntes líberos, ambiéntes honórem, aedificia construéntes, et, in médio óperis subitánea morte subtrácti, áudiunt: ... Tu.

Lectio V.

INSÍPIENS, hac nocte auferétur a te ánima tua, quæ autem præparásti, cuius erunt? Máxime, cum ex omni labóre nihil ferant secum, sed nudi in terra rédeant, unde sumpti sunt. *Generátio vadit, et generátio venit, et terra in sæculum stat.* Aliis moriéntibus, nascúntur álíi, et, quos víderas, non vides, íncipis vídere, quod non erat. Tu.

¹⁷ Edd. iterum] fluat

¹⁸ Edd. desudent] congregationes

Lectio VI.

QUID hac vánius vanitatē, quam terram manere, quæ hóminum causa facta est, et ipsum hóminem, terræ dóminum in púlverem repente dissólvi? Aliter: Prima recédit generátio Iudæórum, ut succédant generátio de géntibus congregáta. Terra autem tamdiu stat, quám diu, synagóga recedente, Ecclésia omnis intróeat. Tu autem.

Secundum Marcum

IN illo témpore. Exiens Iesus de fínibus Tyri, venit per Sidónem ad mare Galilææ, inter médios fines Decapóleos. Et réliqua.

Homélie venerábilis Bedæ presbýteri.

Lectio VII.

SURDUS ille et mutus, quem mirabíliter curátum a Dómino, modo, cum evangélium legerétur, audívimus, genus désignat humánum, in his, qui ab errore diabólicæ deceptiónis · divína meréntur grátia liberári. Obsúrduit namque homo ab audiendo vitæ verbo, postquam mortífera serpéntis verba contra Dóminum tímídus audívit. Mutus a laude condítoris efféctus est, ex quo cum seductóre collóquium habere præsumpsit. Et mérito clausit aures ab audienda inter ángelos laude creatóris, quas ad audiendam eiúsdem creatóris vituperatióem · sermónibus hostis incáutus apérui. Tu.

Lectio VIII.

MÉRITO clausit os a prædicánda cum ángelis laude creatóris, quod, velut ad meliorándum eiúsdem creatóris opus, cibi vétiti prævaricatióne superbus implévit. Et heu, miser géneris humáni deféctus, quod in radíce vitiórum germinávit, vitiósius multo dilatári cœpit in propágine ramórum, ita ut, veniente in carne Dómino, excéptis paucis de Iudæa fidélibus, totus pæne mundus ab agnitióne et confessiόne veritatís surdus erráret et mutus. Sed, ubi abundávit peccátum, superabundávit et grátia. Tu.

Lectio IX.

VENIT namque Dóminus ad mare Galilææ, ubi nóverat ægrotare, quem sanáret. Venit suæ grátia pietátis · ad tuméntia, túrbida et instabília géntium corda, et in quibus nóverat esse, qui ad suam grátiam pertinént. Et bene inter médios fines Decapóleos, ad mare Galilææ, ubi ægrótum sanáret, venisse perhibétur, quia, relicto ob perfídiam pópulo, qui Decálogo mandáta accéperat, éxteras venit ad gen-

tes, ut, sicut Ioáannes ait: Fílios Dei, qui erant dispérsi, congregáret in unum. Tu.

[Ad laudes]

Ad Benedictus antiphona · 5g



Dum transí- ret¹⁹ Dó - mi- nus * per mé- di - os fi - nes Ty - ri,



sur-dos fe - cit au - dí - re, et mu- tos lo- qui.



E u o u a e.

Ad sextam

Capitulum

FRATRES. Christus idóneos nos fecit minístros novi testaménti, non líttera, sed spíritus, líttera enim occídít, spíritus autem vivíficat. Deo.

Ad nonam

Capitulum

FRATRES. Si ministrátio mortis, lítteris deformáta in lapídibus, fuit in glória, ita ut non possent inténdere fílii Israel in fáciem Móysi propter glóriam vultus eius, quæ evacuátur, quómo- do non magis ministrátio spíritus erit in glória? Nam, si ministrátio damnatiónis glória est, multo magis abúndat ministérium iustítiae in glória. Deo.

¹⁹ Edd. Dum] transieret

[Ad vesp̄eras]

Ad Magnificat antiphona · 8g1

Quanto e - is * præ - ci - pi - é - bat, tan - to ma-gis²⁰ plus
 præ - di - cá - bant, et e - o ám - pli - us ad - mi - ra - bân - tur,
 di - cén - tes: Be - ne ó - mni - a fe - cit, sur - dos fe - cit
 au - dí - re, et mu - tos lo - qui. E u o u a e.

PER HEBDOMADAM

Lectio I.

HANC occupatiónem péssimam dedit Deus fíliis hóminum, ut occuparéntur in ea. Vidi cuncta, quæ fiunt sub sole, et ecce, univérſa vánitas, et afflíctio spíritus. Tu.

Lectio

PERVÉRSI difficile corrigúntur, et stultórum infinitus est númerus. Locútus sum in corde meo, dicens: Ecce, magnus efféctus sum, et præcési sapiéntia omnes, qui fuérunt ante me in Ierúsalem, et mens mea contempláta est multa sapiénter, et dídici. Tu.

²⁰ Edd. om. tanto] magis

Lectio

DEDÍQUE cor meum, ut scirem prudéntiam atque doctrínam, errorsque et stultítiam, et agnóvi, quod in his quoque esset labor, et afflictio spíritus. Tu autem.

Lectio

EO quod multa sapiéntia multa sit indignátio, et, qui addit sciéntiam, addet et labórem. Dixi ergo in corde meo: Vadam, et áffluam delíciis, et fruar bonis. Tu.

Lectio

ET vidi, quod hoc quoque esset vánitas, risum reputávi errórem, et gáudio dixi: quid frustra decéperis?²¹ Cogitávi in corde meo abstráhere a vino carnem suam ... Tu.

Lectio

ET, ut ánimum meum transférrem ad sapiéntiam, devitarémque stultítiam, donec vidérem, quid esset útile filiis hóminum. Quo facto, opus est sub sole número diérum vitæ suæ. Tu.

Lectio

MAGNIFICÁVI ópera mea, ædificávi mihi domos, plantávi víneas, feci hortos · et poméria, et consérui ea cuncti géneris arbóribus, et exstrúxi mihi piscínas aquárum, ut irrigárem silvam lignórum germinántium. Tu.

Lectio

POSSÉDI servos et ancíllas, multámque famíliam hábui. Arménta quoque et magnos óvium greges ultra omnes, qui fuérunt ante me in Ierúsalem. Tu.

Lectio

COACERVÁVI mihi argéntum et aurum · et substántias regum ac provinciárum. Feci mihi cantatóres et cantátrices, et delícias filiórum hóminum. Tu autem.

²¹ *Edd.* frustra] deciperis

DOMINICA TREDECIMA

ad vesp̄eras

Antiphona: Benedíctus. Psalmus: Ipsum.

Capitulum

FRATRES. Abrahæ dictæ sunt promissiónes et sém̄ini eius. Non dicit: semínibus, quasi multis, sed quasi in uno: et sém̄ini tuo, qui est Christus. Deo.

Responsorium · 7



An- tequam cóm-e-dam, * su-spí - ro, et tamquam in-un-



dán-tes a - quæ, sic ru - gí - tus me - us, qui - a



ti - mor, quem ti - mé - bam, e - vé - nit mi - hi, et, quod



ve - ré - bar, ác - ci - dit. * Non-ne dis - si - mu -



lá - vi, nonne sí - lu - i? Et iam qui - é - vi,



et ve - nit su - per me in - di - gná - ti - o




tu - a, Dó - mi - ne. **V.** No - lo, mul - ta for - ti -



tú - di - ne con - tén - dat me - cum, nec ma - gni - tú - di - nis
 su - æ mo - le me pre - mat, æ - qui - tá - tem pro -
 pó - nat con - tra me. **Non-ne.**


Hymnus: O, Pater sancte. *Versiculus:* Vespertina oratio.

Ad Magnificat antiphona · 1g1




Cum au - dís - set Iob * nun - ti - ó - rum ver - ba, sus - tí - nu - it
 pa - ti - én - ter, et a - it: Si bo - na sus - cé - pi - mus
 de ma - nu Dó - mi - ni, ma - la au - tem qua - re non sus - ti -
 ne - á - mus? In ó - mni - bus hi - is non pec - cá - vit Iob
 lá - biis su - is, ne - que stul - tum á - li - quid con - tra
 De - um lo - cú - tus est. E u o u a e.

Ad Magnificat antiphona · 3a1



Ci - ves me - i vermes sunt, * cu - tis me - a á - ru - it, de - vo -
 rá - ta ca - ro, os me - um pú - tru - it, ni - mis da - tus sum
 in op - pró - bri - um mundo, et iam non co - gnó - scor ab a -
 mí - cis me - is. E u o u a e.

Ad Magnificat antiphona · 1g1



Au - dí - tu au - ris au - dí - vi te, * nunc au - tem ó - cu - lus
 me - us vi - det te, id - cír - co i - pse me re - pre - hén - do,
 et a - go pæ - ni - tén - ti - am in fa - víl - la et cí -
 ne - re. E u o u a e.

Oratio

OMNÍPOTENS, sempitérne Deus: da nobis fidei, spei et caritátis aug -
 méntum, et, ut mereámur asséqui, quod promíttis, fac nos amá -
 re, quod præcipis. Per.

Suffragia, ut supra.

[Ad matutinum]

Lectio I.

VIR erat in terra Hus, nómine Iob. Et erat vir ille simplex et rectus · ac timens Deum, et recédens a malo. Natíque sunt ei septem filii et tres filíæ. Et fuit posséssio eius septem mília óvium · et tria mília camelórum. Quingénta quoque iuga boum, et quingéntæ ásinæ, ac família multa nimis. Tu.

Responsorium · 2



Si bo - na * sus - cé - pi - mus de ma - nu
Dó - mi - ni, ma - la au - tem qua - re non sus -
ti - ne - á - mus? * Dó - mi - nus de - dit, Dó - mi - nus ábs -
tu - lit, sic - ut Dó - mi - no plá - cu - it, i - ta fa - ctum
est. Sit no - men Dó - mi - ni be - ne - dí - ctum!
V. In ó - mni - bus hi - is non pec - cá - vit Iob lá - bi - is

su - is, ne - que stultum quid²² contra De - um lo -
cú - tus est. **DÓ** - mi - nus de - dit.

Lectio II.

ET erat vir ille magnus inter omnes orientales. Et ibant filii eius, et faciébant convívium per domos, unusquisque in die suo, et miténtes · vocábant tres soróres suas, ut coméderent, et bíberent cum eis. Tu.

Responsorium: Antequam cómedam, ut supra.

Lectio III.

CUMQUE in orbem transissent dies convívii, mittébat ad eos Iob, et sanctificábat illos. Consurgénsque dilúculo, offerébat Deo holo - cáusta per síngulos. Dicébat enim: Ne forte peccáverint filii mei, et benedíxerint Deo in córdibus suis! Sic faciébat Iob cunctis diébus. Tu.

Responsorium · 4

U - ti - nam * appende - rén - tur pec - cá - ta me - a, quibus
i - ram mé - ru - i, * et ca - lá - mi - tas,
quam pá - ti - or, in sta - té - ra! **V.** Qua - si
a - ré - na ma - ris, hæc grá - vi - or ap - pá - ret, un - de et

²² Edd. stultum] aliquid


ver-ba me - a do - ló - re sunt ple - na. **Et** ca -
lá - mi - tas.

Lectio IV.

VIR erat in terra Hus, nómine Iob. Idcirco sanctus vir, ubi habitáverit, dicitur, ut eius méritum virtútis exprimátur. Hus namque, quis nésciat, quod sit terra gentílium? Gentílitás vero eo obligáta vítis éxstitit, quo cognitióem sui conditóris ignorávit. Dicátur itaque, ubi habitáverit, ut hoc eius láudibus proficiat, quod bonus inter malos fuit. Tu.

Responsorium · 1

Qua - re * de - tra - xí - stis ser - mó - ni - bus
ve - ri - tá - tis, ad in - crepándum ver - ba com - pó -
ni - tis, et sub - vér - te - re ni - tí - mi - ni
a - mí - cum ve - strum? * Ve - rúm - ta - men,
quæ co - gi - tá - stis, ex - plé - te! **V.** Mi - lí - ti - a




est vi - ta hó - mi - nis su - per ter - ram, et, sic - ut
 di - es mer - ce - ná - rii, di - es e - ius.
 Ve - rúm - ta - men.

Lectio V.

NEQVE enim valde laudábile est bonum esse cum bonis, sed bonum esse cum malis. Sicut enim gravióris culpæ est · non esse bonum inter bonos, ita imménsi est præcónii, bonum étiam inter malos exstitisse. Hinc est, quod idem beátus Iob, sibimet attestátur, dicens: Frater fui dracónum, et sócius strutiónum. Tu.

Responsorium · 8



In - dú - ta est * ca - ro me - a pu - tré - di - ne,
 et sór - di - bus púl - ve - ris cu - tis me - a
 á - ru - it, et con - trá - cta est. * Me - mén - to
 me - i, Dó - mi - ne, qui - a ven - tus est
 vi - ta me - a! **V.** Di - es me - i, sic - ut umbra,

de - cli - na - vé - runt, et e - go, sic - ut fe - num,
á - ru - i. **Me**-mén - to.

Lectio VI.

HINC Petrus magnis Lot láudibus éxtulit, quia bonum inter réprobos invénit, dicens: Et iustum Lot oppréssum · a nefandórum impúdica conversatióne erípuit. Aspéctu enim et audítu iustus erat, hábitans inter eos, qui de die in diem ánimam iusti iníquis opéribus cruciábant. Tu.

Responsorium · 2

Me-mén - to * me - i, De - us, qui - a ven - tus est
vi - ta me - a, * nec a - spí - ci - at me
vi - sus hó - mi - nis! **V.** De pro - fún - dis cla - má - vi
ad te, Dó - mi - ne, Dó - mi - ne, ex - áu - di vo - cem
me - am! **Nec** a - spí - ci - at.

Secundum Lucam

IN illo témpore. Dixit Iesus discípulis suis: Beáti óculi, qui vident, quæ vos vidétis. Dico enim vobis, quod multi reges et prophétæ

voluérunt vidére, quæ vos vidétis, et non vidérunt, et audíre, quæ audítis, et non audierunt. Et réliqua.

Homélia venerábilis Bedæ presbýteri.

Lectio VII.

ECCE, *quidam legisperítus surréxit, tentans eum, et dicens: Magíster, quid faciéndó vitam ætérnam possidébo? Legisperítus, qui de vita ætérna Dóminum tentans interrógat, occasiónem, ut reor, tentándi de ipsis Dómini sermónibus sumpsit. Ubi ait: Gaudéte autem, quod nómina vestra scripta sunt in cælis! Sed ipse sua tentatióne declárat, quóniam vera sit illa Dómini conféssio, quæ Patri lóquitur: Quod abscondísti hæc a sapiéntibus et prudéntibus, et revelásti ea párvulis. Tu autem.*

Responsorium · 1

Ne abs-cón - das * me, Dó - mi - ne, a fá - ci - e
tu - a, * ma - num tu - am lon - ge fac a me,
et for - mí - do tu - a non me tér - re - at!
V. Vo - ca me, et re - spon - dé - bo ti - bi, aut cer - te loquar,
et tu re - spon - de mi - hi! Ma - num tu - am.

Lectio VIII.

ET ille dixit ad eum: *In lege quid scriptum est? Quómodo legis? Ille respóndens, dixit: Díliges Dóminum, Deum tuum ex toto corde tuo, et ex tota ánima tua, et ex ómnibus víribus tuis, et ex omni mente tua, et próxi-*

mum tuum, sicut teipsum! Dum legisperito respóndet, perfectum nobis Salvátor iter vitæ cæléstis osténdit, cui primo de dilectióne Dei et próximi legis scripta proponénti dicit: Recte respondísti, hoc fac, et vi- ves! Tu.

Responsorium · 4

Numquid Dó-mi - nus * supplán- tat iu - dí - ci - um,
 aut o- mní-pot- ens sub-vér - tit, quod iu - stum est?
 * Lí - be - ra me, Dó - mi - ne, et po - ne me iux -
 ta te, et cu- iús-vis ma - nus pu - gnet con -
 tra me! V. Ap-pre-hén-de ar - ma et scu - tum,
 et ex - súr - ge in ad - iu - tó - ri - um mi - hi!
 Lí - be - ra me.


Lectio IX.

DEINDE, post indúctam parábolam, respondénti illum fuisse próximum, vulneráto qui fecit misericórdiam in illum, adiécit: *vade, et tu fac similiter*, id est: tali misericórdiæ stúdio próximum tuum, ne- césse habéntem, diligere et sustentáre meménto; apertíssime de-

clárans solam esse dilectiónem, et ipsam non verbótenus ostentátam, sed óperis exsecutióne probátam, quæ perpétuam ducat ad vitam. Tu.

Responsorium · 4

No-cte * os meum per-fo-rá - tur do-ló - ri - bus,
 et, qui me cóm-e - dunt, non dór-mi - unt, a mul-
 ti - tú - di - ne e - ó - rum con-sú-mi-tur ve - sti-mén-
 tum me - um. * Com-pa-rá - tus sum lu - to,
 et as - si - mi - lá - tus sum fa - víl - læ et cí -
 ne - ri. V. O, cu - stos hó - mi-num, qua-re me
 po - su - í - sti con-trá - ri - um ti - bi, et fa - ctus sum
 mi - hi - met - í - psi gra - vis. Par - ce mi - hi, Dó - mi - ne,



ni - hil e - nim sunt di - es me - il! **C**om - pa - rá -
tus sum.

Responsorium · 6



Páu - ci - tas di - é - rum me - ó - rum * fi - ní - tur
bre - vi; * di - mít - te me, Dó - mi - ne, si - ne,
plangam páu - lu - lum do - ló - rem me - um, án - te
quam va - dam ad ter - ram te - ne - bró - sam,
et o - pér - tam mor - tis ca - lí - gi - ne!
V. Ec - ce, in púl - ve - re sé - de - o, et in púl -
ve - re dór - mi - o, et, si ma - ne me quaë - sí - e - ris,

ti - um. * Par-ce mi - hi, Dó - mi - ne, ni - hil
 e - nim sunt di - es me - i! V. O, cu -
 stos hó - mi - num, qua - re me po - su - í - sti con - trá - ri - um
 ti - bi, et fa - ctus sum mi - hi - met - í - psi
 gra - vis? Par - ce mi - hi.

Laudes

Indútus est²³ et cetera.

Ad Benedictus antiphona · 3g1

Di - co au - tem vo - bis, * quod mul - ti re - ges et pro -
 phé - tæ vo - lu - é - runt vi - dé - re, quæ vos vi - dé - tis,

²³ Edd. Laudes] Induti sunt



et au - dí - re, quæ au - dí - tis, et non au - di - é - runt.



E u o u a e.

Ad sextam

Capitulum

FRATRES. Hoc dico: testaméntum, confirmátum a Deo, quæ post quadringéntos et trigínta annos facta est lex, non írritum facit, ad evacuándam promissionem, nam, si ex lege heréditas, iam non ex promissione, Abrahæ enim per repromissionem donávit Deus. Deo.

Ad nonam

Capitulum

FRATRES. Lex ergo advérsus promissa Dei. Absit! Si enim data esset lex, quæ posset vivificáre, vere ex lege esset iustítia, sed conclúsit Scriptúra ómnia sub peccáto, ut promissio ex fide Iesu Christi darétur credéntibus.

[Ad vespas]

Ad Magnificat antiphona · 8g1



Ho - mo qui - dam * de - scen - dé - bat ab Ie - rú - sa - lem in




Ié - ri - cho, et ín - ci - dit in la - tró - nes, qui é - ti - am



de-spo-li - a - vé - runt e - um, et, pla-gis im-pó - si - tis,
 ab - i - é - runt, se - mi - ví - vo re - lí - cto. E u o u a e.

Ad Magnificat antiphona · 7a



Sa-ma-ri - tá - nus qui-dam,* i - ter fá - ci - ens, et vi - dens
 e - um se - mi - ví - vum re - lí - ctum, mi - se - ri - cór - di - a
 mo - tus est, et ap - pró - pi - ans al - li - gá - vit vúl - ne - ra
 e - ius, in - fúndens ó - le - um, et vi - num du - xit in stá -
 bu - lum, et cu - ram e - ius e - git. E u o u a e.

Ad Magnificat antiphona · 7a



Quis ti - bi vi - dé - tur * pró - xi - mus fu - ís - se il - li, qui
 ín - ci - dit in la - tró - nes? Et a - it il - le: Qui fe - cit



mi - se - ri - cór - di - am in il - lum. Va - de, et tu fac si - mí -



li - ter, al - le - lú - ia! E u o u a e.

PER HEBDOMADAM

Lectio I.

FACTUM est quadam die, cum venissent fílii Dei, et starent coram Dómino, venisset quoque et Satan inter eos, et staret in conspéctu eius, ut diceret Dóminus ad Sathan: Unde venis? Tu.

Lectio

QUI respóndens, ait: Circuívi terram, et perambulávi eam. Et dixit Dóminus ad Satan: Numquid considerásti servum meum, Iob, quod non est símilis ei in terra? Tu autem.

Lectio

VIR simplex et rectus ac timens Deum, et recédens a malo, et adhuc rétinens innocéntiam. Tu autem commovísti me advérsus eum, ut afflígerem eum frustra. Tu.

Lectio

RESPÓNDENS Satan Dómino, ait: Pellem pro pelle, et cuncta, quæ habet homo, dabit pro ánima sua. Alióquin mitte manum tuam, et tange os eius et carnem, et tunc vidébis, quod in fáciem benedícat tibi. Tu.

Lectio

DIXIT ergo Dóminus ad Satan: Ecce, in manu tua est, verúm tamen ánimam eius serva! Egréssus ígitur a fácie Dómini Satan, percússit Iob úlcere péssimo a planta pedis usque ad vérticem eius, qui testa sániem radébat, sedens in sterquilíno. Tu autem.

Lectio

DIXIT autem illi uxor sua: Adhuc tu p ermanes in simplicitate tua? B enedic Deo, et m orere! Qui ait ad illam: Quasi una de stultis mulieribus locuta es. Tu.

Lectio

SI bona suscepimus de manu D omini, mala autem quare non sustineamus? In omnibus his non peccavit Iob labiis suis. Igitur audi entes tres amici Iob omne malum, quod accidisset ei, venerunt singuli de loco suo. Tu autem.

Lectio

H ELIPHAS Them nites, et Baldath S utes, et Sophar Naam thites. Condixerant enim, ut pariter venirent, et visitarent eum, et consolarentur. Cumque levassent procul oculos suos, non cognoverunt eum. Tu.

Lectio

ET exclamantes, ploraverunt, scissisque vestibus, sparserunt pulverem super caput suum in c elum, et sederunt cum eo in terra septem diebus et septem noctibus, et nemo loquebatur ei verbum, videbant enim dolorem esse vehementem.

DOMINICA QUARTADECIMA

[ad vesp eras]

Capitulum

FRATRES. Sp iritu ambul ate, et desideria carnis non perfici etis, caro enim concupiscit adversus sp iritum, sp iritus autem adversus carnem. H ec enim sibi invicem adversantur, ut non, quacumque vultis, illa faciatis. Deo.

Responsorium: Antequam cómedam.

Ad Magnificat antiphona · 7a



Quantas há - be - o * in - i - qui - tá - tes et pec - cá - ta, re - spón -



de mi - hi, cur fá - ci - em tu - am a - vér - tis, et ar - bi -



trá - ris me in - i - mí - cum tu - um? E u o u a e.

Oratio

CUSTÓDI, quæsumus Dómine, Ecclesiã tuã propitiatióne perpétua, et, quia sine te lábitur humána mortálitãs, tuis semper auxiliis et abstrahátur a nóxiis, et ad salutária dirigátur! Per.

Suffragia, ut supra.

[Ad matutinum]

Lectio I.

RESPÓNDENS autem Iob, dixit: Utinã appenderéntur peccáta mea, quibus iram mérui, et calámitas, quam pátiõr, in statéra! Quasi aréna maris, hoc gráviõr apparéret. Unde et verba mea dolore sunt plena, quia sagittæ Dómini in me sunt, quarum indignatiõ ebíbit spíritum meum, et terróres Dómini militãnt contra me. Tu.

Responsorium: Si bona suscépimus, *ut supra.*

Lectio II.

NUMQUID rúgiet ónager, cum habúerit herbã? Aut múgiet bos, cum ante præsepe plenum stéterit? Aut cómedi póterit insúlsum, quod non est sale condítum? Aut potest áliquis gustãre, quod gustátum affert mortem? Animæ esuriéti · étiam amára dúlcia esse vidéntur. Tu autem.

Lectio III.

QUÆ prius tångere nolébat ánima mea, nunc præ angústia cibi mei sunt. Quis det, ut véniat petítio mea, aut, quod expécto, tríbuat mihi Deus? Et, qui cœpit, ipse me cónterat, solvat manum suam, et succídat me, et hæc mihi sit consolátio, ut, affligens me dolóre, non parcat, nec contradícam sermónibus sanctis. Tu autem.

Lectio IV.

UTINAM appenderéntur peccáta mea, quibus iram mérui, et calámitas, quam pátiar, in statéra! Quasi aréna maris, hæc grávior apparéret. Quis álius statéræ nómine, nisi Dei et hómínium mediátor exprimitur, qui ad pensándum vitæ nostræ méritum venit, ac secum iustítiam simul et misericórdiam détulit. Tu.

Lectio V.

SED, misericórdiæ lance præpónderans, culpas nostras parcéndo levigávit. In manum étenim Patris · quasi statéra miri libráminis factus, hinc in se calamitátem nostram, et illinc peccáta suspéndit. Sed gravi pónderis calamitátem · moriéndo innótuit, et apud misericórdiam leve esse peccátum · relaxándo monstrávit, quia hoc præmi-um grátiae cóntulit, quia pœnam nostram nobis cognoscíbilem fecit. Tu.

Lectio VI.

HOMO namque, ad contemplándum auctórem cónditus, sed, exigéntibus méritis, ab intérnis gáudiis deiéctus, in ærúmnam corruptiónis ruens, cæcitatém exsílíi sústinens, culpæ suæ supplícia et tolerábat, et nesciébat, ita ut exsílíum pátriam créderet, et sic sub corruptiónis póndere · quasi in salútis libertáte gauderet. Tu autem.

Secundum Lucam

IN illo témpore. Cum iret Iesus in Ierúsalem, transíbat per médiam Samáriam et Galiléam. Et, cum ingrederétur quoddam castéllum, occurrerunt ei decem viri leprósi. Et réliqua.

Homélia venerábilis Bedæ presbýteri.

Lectio VII.

LEPRÓSI non absúrde intélligi possunt, qui, sciéntiam vere fidei non habéntes, várias doctrínas profiténtur erróris. Non enim vel

abscondunt imperitiam suam, sed pro summa peritia proferunt in luce, et iactantiam sermonis ostentant. Nulla porro doctrina falsa est, quae non aliqua vera intermisceat. Tu.

Lectio VIII.


VERA ergo falsis inordinate permixta · in una disputatione vel narratione hominis, tamquam in unius corporis colore apparentia, signant lepram, tamquam veris falsisque colorum locis · humana corpora variantem atque maculantem. Hi autem tam vitandi sunt Ecclesiae, ut, si fieri potest, longius remoti, magno clamore Christum interpellent. Unde et aperte subiungitur: *Qui steterunt a longe, et levaverunt vocem, dicentes: Iesu, praecceptor, miserere nostri!* Tu.

Lectio IX.

ET bene, ut salventur, Iesum praecceptorem nominant. Quia enim in eius verbis se errare significant, hunc salvandi humiliter praecceptorem vocant. Cumque ad cognitionem Redemptoris redeunt, mox ad formam salutis recurrunt. *Quos ut vidit, dixit: Ite, ostendite vos sacerdotibus!* Et factum est, dum irent, mundati sunt. Tu.

[Ad laudes]

Ad Benedictus antiphona · 1d1



Cum in- trá-ret Ie - sus * quoddam castél - lum, oc-cur-rérunt
 e - i de-cem vi - ri le - pró-si, qui ste - té - runt a
 lon-ge, et le-va-vé-runt vo-cem, di - cén-tes: Ie - su,
 praé-cé-ptor, mi-se-ré-re no-stri! E u o u a e.

Ad sextam

Capitulum

FRATRES. Fructus Spíritus est caritas, gáudium, pax, paciéntia, long-anímitas, bónitas, benígnitas, mansuetúdo, fides, modéstia, conti-néntia, cástitas; advérsus huiúsmoði non est lex. Deo.


Ad nonam

Capitulum

FRATRES. Qui sunt Christi, carnem suam crucifixerunt cum vitiis et cum concupiscéntiis. Deo.

[Ad vespas]

Ad Magnificat antiphona · 8g2



Non-ne decem mundá-ti sunt, * et novem u - bi sunt? Non est
in-vén-tus, qui red - í - ret, et da - ret gló - ri - am De - o,
ni - si hic a - li - e - ní - ge - na? Va - de, qui - a fi - des
tu - a te sal - vum fe - cit, al - le - lú - ia! E u o u a e.

PER HEBDOMADAM

Lectio I.

RESPONDENS Iob, dixit: Respondéte, óbsecro, absque contentióne, et loquéntes id, quod iustum est, iudicáte, et non inveniétis in lingua mea iniquitátem, nec in fáucibus meis stultítia personábit! Tu autem.

Lectio

MILÍTIA est enim vita hóminis super terram, et, sicut dies mercennárii, dies eius. Sicut servus desíderat umbram, et sicut mercennárius præstolátur finem óperis sui, sic et ego hábui menses vácuos, et noctes laboriósas enumerávi mihi. Tu.

Lectio

SI dormiéro, dico: quando consúrgam, et rursus expectábo vésperam, et replébor dolóribus usque ad ténebras. Indúta est caro mea putrédine et sórdibus púlveris, cutis mea áruit, et contrácta est. Tu.

Lectio

DIES mei velócius transiérunt, quam a texénte tela succíditur, et consúpti sunt absque ulla spe. Meménto mei, quia ventus est vita mea, et non revertétur óculus meus, ut vídeat bona, nec aspíciat me visus hóminis, sed óculi tui in me, et non subsístam! Tu autem.

Lectio

SICUT consúmitur nubes, et pertránsit, sic, qui descénderit ad ínferos, non ascéndet, nec revertétur ultra in domum suam, neque cognóscet eum ámplius locus eius. Tu autem.

Lectio

QUÁPROPTER et ego non parcam ori meo, loquar in tribulatióne spíritus mei, confabulábor cum amaritudíne ánimæ meæ. Tu autem.

Lectio

NUMQUID mare sum ego, aut cetus, quia circumdedísti me cárce-re? Si díxero: consolábitur me léctulus meus, et relevábor, loquens mecum in stratu meo, terrébis me per sómnia, et per visiónes horróre concúties. Tu.

Lectio

QUAMÓBREM elégit suspéndium ánima mea, et mortem ossa mea. Desperávi, nequáquam ultra iam vivam. Tu autem.

Lectio

RESPÓNDENS Baldach Súites, dixit: Usquequo lóqueris tália, et spíritus múltiplex sermónes oris tui? Numquid Deus supplántat iudícium, et omnipotens subvértit, quod iustum est? Tu autem.


DOMINICA QUINTADECIMA

[ad vespas]


Capitulum

FRATRES. Si vívimus spíritu, spíritu et ambulémus! Non efficiámur inánis glóriæ cupídi, ínvicem provocántes, ínvicem invidéntes! Deo.

Responsorium · 8




O-mni tém-po-re * bé-ne - dic De - um, et pe - te
 ab e - o, ut vi - as tu - as dí - ri - gat,
 * et o - mni tém-po - re con - sí - li - a
 tu - a in i - pso per - má - ne - ant!



V. Me-mor e - sto, fi - li, quó - ni - am páu-pe-rem vi - tam
 gé - ri - mus! Ha - bé - bis mul-ta bo - na, si ti - mú -
 e - ris De - um. Et o - mni.

Hymnus: O, Pater sancte. Versiculus: Vespertína orátio.

Ad Magnificat antiphona · 4d



Ne re - mi - ni - scá - ris, * Dó - mi - ne, de - lí - cta me - a
 vel pa - rén - tum me - ó - rum, ne-que vin-dí - ctam su - mas
 de pec - cá - tis me - is! E u o u a e.

Ad Magnificat antiphona · 3a1



O - mni tém - po - re * bé - ne - dic De - um, et pe - te ab
 e - o, ut vi - as tu - as dí - ri - gat, et o - mni tém -



po - re con - sí - li - a tu - a in i - pso per - má -
ne - ant! E u o u a e.

Oratio


ECCLESIAM tuam, Dómine, miserátio continuáta mundet et múniat, et, quia sine te non potest salva consistere, tuo semper múnere gubernétur! Per.

[Ad matutinum]

Lectio I.

TOBÍAS, ex tribu et civitaté Néphthalim, quæ est in superióribus pártibus Galiléæ, super Náason, post viam, quæ ducit ad occidéntem, in sínistro habens civitatem Sephet, cum captus esset in diébus Salmánasar, regis Assyriórum, in captivitáte tamen pósito, viam veritátis non desérui, ita ut ómnia, quæ habére póterat, cottídie cum cáptivis frátribus, qui erant ex génere suo, impartíret. Tu autem.

Responsorium · 1



Pe - to, * Dó - mi - ne, ut de vín - cu - lo im - pro -
pé - ri - i hu - ius ab - sól - vas me, aut cer - te
dé - su - per ter - ram e - rí - pi - as me. * Ne re -

mi - ni - scá - ris²⁴ de - lí - cta me - a vel pa -
 rén - tum me - ó - rum, ne - que vin - dí - ctam su - mas
 de pec - cá - tis me - is, qui - a é - ru - is
 sus - ti - nén - tes te, Dó - mi - ne!
 V. O - mni - a e - nim iu - dí - ci - a tu - a iu - sta sunt,
 et o - mnes vi - æ tu - æ mi - se - ri - cór - di - a et
 vé - ri - tas; et nunc, Dó - mi - ne, me - mén - to
 me - i! Ne re - mi - ni - scá - ris.

Lectio II.

CUMQUE esset iúnior ómnium in tribu Néphthalim, nihil tamen pu-
 eríle gessit in ópere. Dénique, cum irent omnes ad vítulos áure-
 os, quos Ieróboam fécerat, rex Israel, hic solus fugiébat consórtia hó-
 minum, sed pergébat Ierúsalem, ad templum Dómini, et ibi adorábat
 Dóminum, Deum Israel. Tu autem.

²⁴ *Edd. add. reminiscaris]* Domine

Responsorium: Omni tēpore bēnedic Deum, ut supra.

Lectio III.

OMNIA primitiva sua et decimas suas fideliter offerens, ita ut in tertio anno prozelitis et advenis ministraret omnem decimationem, hoc et his similia · secundum legem Dei puerulus observabat. Cum vero factus fuisset vir, accepit uxorem, Annam de tribu sua, genuitque ex ea filium, nomen suum imponens ei, et ab infantia eum timere Deum docuit, et abstinere ab omni peccato. Tu autem.

Responsorium · 7

Me-mor e - sto, fi - li, * quó - ni - am páu-pe-rem vi - tam
gé - ri - mus! * Ha-bé- bis mul-ta bo - na, si ti-
mú - e - ris De - um. **V.** Fi - dú - ci - a
ma-gna e - rit coram summo De- o e - lee-mó - sy - na
ó - mni-bus, qui fá - ci - unt e - am.


Ha- bé- bis.

Lectio IV.

FELIX ille, qui intēlligit super egēnum et páuperem, in die mala liberabit eum Dóminus. Intēlligere ergo debēmus super egēnum et

páuperem. Hoc est ergo intelligere super egénum et páuperem, ut rogári a tálibus non exspectémus. Neque enim illa misericórdia deputánda est, quæ clamóribus extorquétur. Tu.

Responsorium · 4




Suf-fi-ci-é-bat no-bis * paupérta no-stra, ut di-ví-
 ti-æ com-pu-ta-rén-tur. Numquam fu-ís-set pe-cú-ni-a
 i-sta, pro qua mi-sí-sti fí-li-um no-strum,
 * bá-cu-lum se-ne-ctú-tis no-stræ! **V.** He-u-
 me, fi-li mi, ut quid te mí-si-mus per-e-gri-
 ná-ri, lu-men o-cu-ló-rum no-stró-rum!
Bá-cu-lum.

Lectio V.

AUT non ille mercédem sui óperis pércipit, qui diu se pátitur deprecári, quóniam non fecit mandátum Dei, sed préci-bus práesti-tit, misericórdiam suam lácrimis véndidit. Qui autem intélligit, ultro largítur, et, signáto magis siléntio, decélat, ne opus suum, quod oc-cúltum esse désiderat, ipsa vox páuperis prodat. Tu.

Responsorium · 1




Be - ne - dí - ci - te * De - um cæ - li, et co - ram
 ó - mni - bus vi - vén - ti - bus con - fi - té - mi - ni
 e - i, * qui - a fe - cit no - bís - cum
 mi - se - ri - cór - di - am su - am! **V.** Tempus est,
 ut re - vér - tar ad e - um, qui me mi - sit; vos au - tem be -
 ne - dí - ci - te De - um! **Q**ui - a fe - cit.

Lectio VI.

SICUT in Evagélío scriptum est: Cum facis eleemósynam, noli tu -
 ba cánere ante te, sicut hypócritæ faciunt in synagógis et in vicis,
 ut videántur ab homínibus. Amen dico vobis, recepérunt mercédem
 suam. Tu autem, cum facis eleemósynam, nésciat sinistra tua, quid
 fáciat délixtera tua, sed sit eleemósyna tua in abscónso, et Pater tuus,
 qui videt, reddet tibi. Tu autem.

Responsorium · 2



Tem - pus est, * ut re - vér - tar ad e - um, qui me

mi - sit; vos au-tem be- ne - dí - ci - te De - um,
 * et e - nar - rá - te ó - mni - a mi - ra - bí -
 li - a e - ius! **V.** Be - ne - dí - ci - te De - um
 cæ - li, et co - ram ó - mni - bus vi - vén - ti - bus con - fi -
 té - mi - ni e - i! **Et** e - nar - rá - te.

Secundum Mattheum

In illo tēpore. Dixit Iesus discipulis suis: Nemo potest duóbus dómimis servíre. Aut enim unum ódio habébit, et álterum díliget, aut unum sustinébit, et álterum contémnet. Et réliqua.

Homélia beáti Augustíni epíscopi.

Lectio VII.

NEMO potest duóbus dómimis servíre. Ad hanc ipsam intentiónem referéndum est, quod consequénter expónit, dicens: *Aut enim unum ódio habébit, et álterum díliget, aut unum sustinébit, et álterum contémnet.* Quæ verba diligénter consideránda sunt. Nam, qui sunt duo dómimi, deinceps osténdit, cum dicit: *Non potéstis Deo servíre, et mamónæ.* Tu.

Responsorium · 3

A - do - ná - i, * Dó - mi - ne De - us, ma - gne

et mi - rá - bi - lis, qui de - dí - sti sa - lú - tem
 in ma - nu fé - mi - næ, * ex - áu - di pre - ces
 ser - vó - rum tu - ó - rum! **V.** Be - ne - dí - ctus
 es, Dó - mi - ne, qui non de - re - línquis præ - su - méntes de te,
 et de su - a vir - tú - te glo - ri - án - tes hu - mí -
 li - as. **Ex - áu - di.**

Lectio VIII.

MAMMÓNA apud Hebræos · divitiæ appellári dicúntur. Sed qui servit mammónæ, illi útique servit, qui, rebus istis terréniis mérito suæ perversitátis præpósitus, magistrátus huius sæculi a Dómino dicitur. *Aut ergo unum ódio habébit, et álterum díliget homo, id est Deum, aut unum sustinébit, et álterum contémnet.* Tu autem.

Responsorium · 7

Tri - bu - la - ti - ó - nes * ci - vi - tá - tum au - dí -
vi - mus, quas pas - sæ sunt, et de - fé - ci - mus.


Ti-mor et he-bi-tú-do mentis²⁵ cé-ci-dit su-per nos
 et su-per lí-be-ros no-stros, i-psi montes
 no-lunt re-cí-pe-re fu-gam no-stram, *Dó-mi-ne,
 mi-se-ré-re! V. Pec-cá-vi-mus cum pá-tri-
 bus no-stris, in-iú-ste é-gi-mus, in-i-qui-tá-
 tem fé-ci-mus. Dó-mi-ne.

Lectio IX.

SUSTINÉBIT enim durum et perniciosum dómimum, quisquis servit mammónæ. Sua enim cupiditate implicatus · súbditur diabolo, et non eum diligit. Quis est enim, qui diligit diabolum? Sed tamen sustinébit. Si in maiore aliqua domo · quis ancillæ aliénæ coniunctus est propter cupiditatem suam, duram patitur servitútem, étiam si non diligit eum, cuius ancillam diléxit. *Alterum contémnet*, dicit, non *ódio habébit*. Nullus enim consciéntia ferre potest Deum odísse. Contémnet autem, id est non timet, cum quasi de eius bonitate secúrus est. Sed, qui vult diligere Deum, et cavére, ne offéndat, non se arbitrétur duobus dómimis posse servíre. Tu autem.

²⁵ BNS hebitudo] mortis Ed. 1480 hebitudo] montis

Responsorium · 1




Be-ne-dí-xit * te Dó-mi-nus in vir-tú-te
 su-a, qui per te ad ní-hi-lum red-é-git
 in-i-mí-cos no-stros, * ut non de-fí-ci-at
 laus tu-a de o-re hó-mi-num.
 V. Sub-ve-ní-sti an-gú-sti-æ gé-ne-ris tu-i,
 et non pe-per-cí-sti á-ni-mæ tu-æ.
 Ut non de-fí-ci-at.

[Ad laudes]

Ad Benedictus antiphona · 1d1



Con-si-de-rá-te * lí-li-a a-gri, quó-mo-do crescunt!



Non la-bó-rant, ne-que nent. Di-co au-tem vo-bis, quó-ni-
 am nec Sá-lo-mon in o-mni gló-ri-a su-a coo-pér-
 tus est, sic-ut u-num ex i-stis. E u o u a e.

Ad sextam

Capitulum

FRATRES. Si præoccupátus fúerit homo in áliquo delícto, vos, qui spiritáles estis, huiúsmodi instrúite in spírítu lenitátis; considerans teípsum, ne et tu tentéris! Alter alteríus ónera portáte, et sic adimplébitis legem Christi! Deo.

Ad nonam

Capitulum


FRATRES. Bonum autem faciéntes non deficiámus, témpore enim suo metémus, non deficiéntes. Ergo, dum tempus habémus, operémur bonum ad omnes, máxime autem ad domésticos fídei! Deo.

[Ad vespervas]

Ad Magnificat antiphona · 8g1



No - lí - te * sol - lí - ci - ti es - se, di - cén-tes: Quid mandu-



cá - bi - mus, aut quid bi - bé - mus? Scit e - nim Pa - ter ve - ster
 cæ - lé - stis, quid vo - bis ne - cés - se sit, al - le - lú - ia.
 E u o u a e.

PER HEBDOMADAM

Lectio I.

POST multum témporis, mórtuo Salmánasar rege, cum regnáret Sennácherib, fílius eius pro eo, et fílios Israel exósus habéret in conspéctu suo, Tóbias pergébat per omnem cognatiónem suam, et consolabátur eos. Tu autem.

Lectio

DIVIDEBÁTQUE unicuíque, prout póterat, de facultátibus suis. Esuriéntes alébat, nudísque vestiménta præbébat, et mórtuis atque occísis sepultúram sollícitus exhibébat. Tu autem.

Lectio

DÉNIQUE, cum revérsus esset rex Sennácherib, fúgiens a Iudéa plagam, quam Deus circa eum fécerat propter blasphemiam suam, et irátus multos occíderet ex fíliis Israel, Tóbias sepeliébat córpora eórum. Tu.

Lectio

AT ubi nuntiátum esset regi, iussit eum occídi, et tulit omnem substántiam eius. Tóbias vero, cum fílio suo · et cum uxóre sua · fúgiens, nudus látuit, quia multi diligébant eum. Tu autem.

Lectio

POST dies vero quadraginta quinque, occidérunt regem filii eius, et revérsus est Tóbias ad domum suam, omnisque facúltas eius restitúta est ei. Tu autem.

Lectio

POST hæc, cum esset festus dies Dómini, et factum esset prándium bonum in domo Tóbiæ, dixit filio suo: Vade, et adduc áliquos de tribu nostra, timéntes Deum, et epuléntur nobíscum! Tu autem.

Lectio

CUMQUE abiísset, revérsus nuntiávit unum ex fíliis Israel iugulátum iacére in platéa. Statímque exsiliens de accúbitu suo, relínquens prándium, ieiúnus pervénit ad corpus. Tu autem.

Lectio

TOLLÉNSQUE illud, portávit ad domum suam occúlte, ut, dum sol occubuísset, caute sepelíret eum. Cumque occultásset corpus, manducávit panem cum luctu et tremóre. Tu autem.

Lectio

MÉMORANS illum sermónem, quem Dóminus dixit per Amos prophétam: Dies festi vestri converténtur in lamentatiónem et luctum. Cum vero sol occubuísset, ábiit, et sepelívit eum. Tu.

DOMINICA SEXTADECIMA


[ad vespéras]

Capitulum

FRATRES. Obsecro vos, ne deficiátis in tribulatió nibus meis pro vobis, quæ est glória vestra. Huius rei grátia flecto génua mea ad Patrem Dómini nostri, Iesu Christi, ex quo omnis patérnitas in cælo et in terra nominátur. Deo.

Responsorium: Tribulatiónes civitátum, *ut supra*.

Ad Magnificat antiphona · 8g1



A - do - ná - i, * Dó - mi - ne, De - us, ma - gne et mi - rá -
 bi - lis, qui de - dí - sti sa - lú - tem in ma - nu fé - mi - nae,
 ex - áu - di pre - ces ser - vó - rum tu - ó - rum!
 E u o u a e.

Oratio

TUA nos, quæsumus, Dómine, grátia semper prævéniat et sequá-
 tur, ac bonis opéribus iúgiter præstet esse inténtos. Per.

Suffragia, ut supra.

[Ad matutinum]

Lectio I.

In diébus illis. Præcépit Holofernes exercítibus suis, ut ascénderent
 contra Bethúliam. Erant autem pédites bellatórum centum viginti
 mília, et équites viginti duo mília · præter præparatiónes virórum,
 quos occupáverat captívitás, et addúcti fúerant de provinciis et úrbi-
 bus univérsæ iuventútis, omnes páriter paravérunt se ad pugnam ·
 contra fílios Israel. Tu autem.

Responsorium: Adonái, Dómine, Deus.

Lectio II.

ET venérunt per crepidínem montis usque ad ápicem, qui réspicit
 Dóthaim, a loco, qui dícitur Belma, usque ad Zelmon, qui est
 contra Esdreton. Fílii autem Israel, ut vidérunt multitudínem illó-

rum, prostraverunt se super terram, mittentes cineres super capita sua, unánimes orantes, ut Deus Israel misericórdiam suam osténderet super pópulum suum. Tu autem.

Responsorium: Tribulatiónes civitátum.

Lectio III.


ET assuméntes arma sua bélica, sedérunt per loca, quæ angústi itineris trámitem dírigunt inter montuósa, et erant custodiéntes ea tota nocte et tota die. Porro Holoférnes, dum círcuit per gyrum, répperit, quod fons, qui influébat aquæductum illórum a parte austráli, extra civitátem dírigeret, et incídi præcépit aquæductum. Erant tamen non longe a muris fontes, ex quibus furtim videbántur hauríre aquam, ad refocillándum pótius, quam ad potándum. Tu.

Responsorium: Benedíxit te.

Lectio IV.

FRATRES. Apóstolus, cum de eleemósynis plebem monéret: Consílium, inquit, hoc do. Hoc enim vobis prodest, quod non solum fácere, sed et velle cœpístis ab anno prióre. Nam, si divítias vestras páuperum córdibus commendétis, quómodo eas póstmodum aut fur áppetat, aut prædo vastet, aut tínea cómedat, aut rubígo corrúmpat, aut, quod est perniciosius, iniústum tempus assúmet? Tu autem.

Responsorium · 2



Nos á - li - um * de - um ne - scí - mus præter Dó - mi - num,
 in quo spe - rá - mus, qui non de - spí - ci -
 et nos, * nec á - mo - vet sa - lú - tem su - am

a gé - ne - re no - stro. **V.** Ex-spe-cté - mus hú - mi -
les con-so - la - ti - ó - nem e - ius, qui non de -
re - lín - quet nos! **Nec** á - mo - vet.


Lectio V.

SED, quod tunc opes nostræ ad Dóminum tránseant, atque óccupent cælum, Dóminus hoc refert: Si, paupéribus tribuéntes, cælestia mandáta servémus, huic ergo óperi, fratres caríssimi, totis víribus insisténdum est, hæc Dei volúntas sine vacatióne áliqua semper et ubíque complénda est. Solum enim est, et hoc erit tantúmmodo, prosit ab excéssibus liberátum,²⁶ dum ómnia odiósa sint, cum transcénderint modum. Sola misericórdia modum non habet. Ipsa tantum est, cuius nimíetas placet, cuius oblétet enórmitas, cuius laudábilis possit esse profúsio. Tu.

Responsorium · 2

Do - mi - ná - tor, Dó - mi - ne, * cæ - ló - rum et
ter - ræ, cre - á - tor a - quá - rum, rex u - ni -
vér-sæ cre - a - tú - ræ tu - æ: * ex - áu - di o -

²⁶ Edd. et etiam BNS sic habent, sed PL 40,1227: Sola misericordia est ab excessibus liberata. Dum omnia odiosa sunt, cum transcenderint modum, sola misericordia terminum non habet.



ra - ti - ó - nem ser - vó - rum tu - ó - rum!


V. Dó - mi - ne, De - us ex - er - cí - tuum, ma - gne et

mi - rá - bi - lis. **Ex - áu - di.**

Lectio VI.

QUID est oratione præclarior, quid vitæ nostræ utilior, quid ánimo dulcius, quid in tota nostra religione sublimior? Oratio est, quæ nos, Christianos provocat, oratio est, qua, cum Deo loquimur, qua Patrem didicimus, qua universa desideria nostra in conspectu maiestatis eius effundimus, oratio est, quæ cælos penetrat, nubes transiit, Dei aures attingit. Hæc universis gradibus in Ecclesia necessaria est, hæc catechumini spiritum, fidelibus præsidium, petentibus solacium præstat. Tu autem.

Responsorium · 2



Dó - mi - ne, De - us, * qui cón - te - ris bel - la ab in -

í - ti - o: é - le - va²⁷ brá - chi - um tu - um

su - per gen - tes, quæ có - gi - tant ser - vis tu - is

²⁷ Edd. initio] releva

ma - la, * et d'éc - te - ra tu - a glo - ri - fi -
 cé - tur in no - bis! V. E - ri - ge brá - chi - um
 tu - um, sic - ut a prin - cí - pi - o, et al - lí - de vir -
 tú - tem e - ó - rum! Et d'éc - te - ra.

Secundum Lucam

IN illo t'empore. Ibat Iesus in civitatem, quæ vocatur Naim, et ibant cum illo discipuli eius, et turba copiosa. Et reliqua.


Homelia venerabilis Bedæ presbyteri.

Lectio VII.

NAIM civitas est Galilææ, in secundo milliario Tobar montis, contra meridiem, iuxta Endor, qui est vicus grandis in quarto milliario eiusdem, ad meridiem montis. *Et ibant cum eo discipuli eius, et turba copiosa. Cum autem appropinquaret portæ civitatis, ecce, defunctus efferebatur, filius unicus matris suæ. Tu.*

Responsorium · 2

Dó - mi - ne, * rex o - mní - pot - ens, in di - ci - ó - ne tu - a
 cun - cta sunt pó - si - ta, et non est,



qui pos-sit re - sí - ste-re vo - lun - tá - ti tu - æ.

* Lí - be - ra nos pro-pter no - men tu - um!

V. Ex - áu - dí²⁸ o - ra - ti - ó - nem no - stram, et con -


vér - te lu-ctum no - strum in gáu - di - um! Lí - be -

ra nos.

Lectio VIII.

DEFUNCTUS hic, qui extra portam civitatis · multis est intuéntibus elátus, significat hóminem, letáli críminum fúnere soporátum, eandémque ínsuper ánimæ mortem, non cordis adhuc cubíli tegéntem, sed ad multórum notítiam · per locutiónis operísve indícium²⁹ quasi per suæ óstia civitátis propalántem. Tu autem.

Responsorium · 2




Con - fór - ta me, * rex, san-ctó - rum prin-ci - pá - tum

te - nens, * et da ser - mó - nem re - ctum et be -

²⁸ Edd. add. Exaudi] Deus

²⁹ Edd. operisve] iudicium



ne so - nán - tem in os me - um!

V. Da no - bis, Dó - mi - ne, lo - cum pæ - ni - tén - ti - æ,


et ne claudas o - ra ca - nén - ti - um te, Dó -

mi - ne! **Et** da ser - mó - nem.

Lectio IX.

QUI bene únicus fílius matris suæ fuisse perhibétur, quia, licet e multis collécta persónis, una sit perfécta et immaculáta virgo · et mater Ecclé-siæ, sínguli quique tamen fidélium · universális se Ecclé-siæ fílios rectíssime faténtur. Nam eléctus quilibet, quando ad fidem imbúitur, fílius est, quando álios ímbuit, mater est. An non matérno erga párvulos agébat afféctu, qui ait: Filióli mei, quos íterum partú-rio, donec formétur Christus in vobis? Tu autem.

Responsorium · 2



Spem in á - li - um * numquam há - bu - i,

præ - ter in te, De - us Is - ra - el, qui i - rá -

sce - ris, et pro - pí - ti - us e - ris, * et ó -

mni - a pec - cá - ta hó - mi - num in tri - bu - la -
 ti - ó - ne di - mít - tis. **V.** Qui re - gis Is - ra -
 el, in - tén - de, qui de - dú - cis, vel - ut o - vem,
 Io - seph. **Et** ó - mni - a.

[Ad laudes]

Ad Benedictus antiphona - 8g1

I - bat Ie - sus³⁰ * in ci - vi - tá - tem Na - im, et i - bant
 di - scí - pu - li e - ius cum e - o, et tur - ba co - pi -
 ó - sa. Cum au - tem ap - pro - pin - quá - ret por - tæ ci - vi -
 tá - tis, ec - ce, de - fúnctus ef - fe - ré - ba - tur, fí - li - us

³⁰ *Edd.* antiphona] Iesus ibat



ú - ni - cus ma - tris su - æ. E u o u a e.

Ad sextam

Capitulum

FRATRES. In caritate radicati et fundati, ut possitis comprehendere cum omnibus sanctis, quae sit latitudo, longitudo, sublimitas et profundum, scire etiam supereminentem scientiae caritatem Christi, ut impleamini in omnem plenitudinem Dei. Deo.

Ad nonam


Capitulum

FRATRES. Ei, qui potens est omnia facere superabundanter, quam petimus, aut intelligimus, secundum virtutem, quae operatur in nobis, ipsi gloria in Ecclesia et in Christo Iesu in omnes generationes saeculi saeculorum.

[Ad vespas]

Ad Magnificat antiphona · 1g1

Ac - ces - sit * Ie - sus ad lo - cu - lum, et a - it ad - o -
les - cen - ti: Ti - bi di - co, sur - ge! Et sur - re - xit, qui
e - rat mor - tu - us, et coe - pit lo - qui, al - le - lu - ia.



Ad Magnificat antiphona · 1g1

Ac - cé - pit au - tem * o - mnes ti - mor, et ma - gni - fi - cá - bant
 De - um, di - cén - tes: qui - a pro - phé - ta ma - gnus sur - ré - xit
 in no - bis, et qui - a De - us vi - si - tá - vit ple - bem
 su - am. E u o u a e.

PER HEBDOMADAM

Lectio I.

SED filii Ammon et Moab accesserunt ad Holoférnem, dicentes: Filii Israel non in lancea, nec in sagittis confidunt, sed montes defendunt illos, et muniunt illos colles, in praecipitio constituti. Tu.

Lectio

UT ergo sine congressione pugnae possis superare eos, pone custodes fontium, ut non hauriant ex eis, et sine gladio interficies eos, vel certe fatigati tradent civitatem suam, quam putant in montibus positam superari non posse. Tu autem.

Lectio

ET placuerunt verba hæc coram Holoférne · et coram ómnibus satellítibus eius, et constituit per gyrum centenários · per síngulos fontes. Tu autem.

Lectio

CUMQUE ista custódia per vigínti dies fuisset expléta, defecerunt cistérnæ et collectiónes aquárum · ómnibus inhabitántibus Bethúliam, ita ut non esset intra civitátem, unde satiaréntur vel una die, quóniam ad mensúram dabátur pópulis aqua cottídie. Tu.

Lectio

TUNC ad Ozíam congregáti sunt omnes viri · ac féminæ, iúvenes et párvuli, simul omnes una voce dixerunt: Iudicet Deus inter nos et te, quóniam fecísti in nos mala, nolens loqui pacífice cum Assýriis. Tu.

Lectio

ET propter hoc véndidit nos Deus in mánibus eórum, et ídeo non est, qui ádiuvet, cum prosternámur ante óculos eórum · in siti et perditióné magna. Et nunc congregáte univérsos, qui in civitáte sunt, ut sponte nos tradámus omnes pópulo Holoférnis! Tu.

FERIA QUARTA QUATTUOR TEMPORUM

Et est sciendum, quod, quando vigilia Matthæi apostoli et evangelistæ evenerit feria quarta vel sexta · vel sabbato quattuor temporum, tunc prius homeliæ debent dici de quattuor temporibus, concludendo cum homelia vigiliæ, cum duabus collectis. Suffragia de dominica · et de aliis per ordinem. Et preces dicuntur ad omnes horas, præter vespères et completorium. Si autem festum eiusdem apostoli præfatis diebus evenerit, tunc totum officium fit de festo apostoli · cum homelia et collecta de quattuor temporibus. Preces autem dicuntur in matutinis tantum.

[Ad matutinum]

Secundum Marcum

IN illo témpore. Respóndens unus de turba, dixit ad Dóminum: Magíster, áttuli fílium meum ad te, habéntem spíritum mutum.

Qui, ubicúmque eum apprehénderit, allídit eum, et spumat, et stridet déntibus, et aréscit. Et réliqua.

Homélia venerábilis Bedæ presbýteri.

Lectio I.

NOTÁNDUM, quod semper loca rebus cóngruunt. In monte Dóminus orat, transformátur, discíplulis arcána suæ maiestátis áperit. In inferióra descéndens, turbæ occúrsu excípitur, miserórum fletu pulsátur. Sursum discíplulis mystéria regni réserat, deórsum turbis peccáta infidelitátis éxprobrat. Tu.

Responsoria de dominica.

Lectio II.

SURSUM Patris vocem his, qui sequi se póterant, pandit, deórsum spíritus malos ab his, qui vexabántur, expéllit, qui étiam nunc pro qualítate meritórum áliis ascéndere, áliis vero non desístit descéndere. Nam carnáles adhuc · et incipiéntes, quasi ima peténtes, confórtat, docet, castígat. Tu.

Lectio III.

PERFÉCTOS autem, quorum conversátio in cælis est, sublímius extolléndo, gloríficat, libérius de ætérnis ínstruit, et sæpe ea, quæ a turbis nec audíri quidem váleant, docet. Dæmoniácum hunc, quem, descéndens de monte, Dóminus sanávit, Marcus surdum mutúmque descríbit, Matthéus vero lunáticum fúisse commémorat. Tu.

Laudes

De psalterio.

Capitulum

HÆC dicit Dóminus, Deus: Ecce, dies véniunt, et comprehéndet Harátor messórem, et calcátor uvæ mitténtem semen, et stillábunt montes dulcédinem, et omnes colles culti erunt. Deo.

Hymnus: Nox et ténebræ. **Ad Benedictus antiphona:** Salútem ex, **ut in psalterio.** **Preces dicuntur, ut supra dicta.**

IEIUNIUM QUATTUOR TEMPORUM SEPTEMBRIS

Oratio

MISERICÓRDIAE tuæ remédiis, quæsumus, Dómine, fragilitas nostra subsístat, ut, quæ sua condicióne attérritur, tua cleméntia reparétur. Per.

Cum oratione dominicali. Alia suffragia fiant per antiphonas et collectas.

Ad sextam

Capitulum

HÆC dicit Dóminus: Convértam captivitátem pópuli mei, Israel, et ædificábunt civitátes desértas, et habitábunt is eis, et plantábunt víneas, et bibent vinum eárum. Deo.

Ad nonam

Capitulum

ET fácient hortos, et cómedent fructus eórum, et plantábo eos super humum suam, et non evéllam eos ultra de terra, quam dedi eis, dicit Dóminus omnípotens. Deo.

Ad secundas vesperas

Antiphona: Nisi tu, Dómine cum ceteris psalmis et antiphonis. *Capitulum:* Dóminus autem dírigat. *Responsorium non dicitur.* *Hymnus:* Cæli Deus sanctíssime, ut in psalterio. *Versiculus:* Dirigátur. *Antiphona ad Magnificat et collecta dicuntur de dominica, et nihil de quattuor temporibus.*

FERIA SEXTA

[Ad matutinum]

Homelia: Rogábat Iesum quidam pharisæus. *Quære in Quadragesima, feria quinta post dominicam Iudica.*

[Ad laudes]*Capitulum*

HÆC dicit Dóminus, Deus: Convértere, Israel, ad Dóminum, Deum tuum, quóniam corruísti iniquitáte tua! Tóllite vobíscum verba, et convertímini ad Dóminum, et dícite ei: Omnem aufer iniquitátem, et áccipe bonum, et reddémus vítulos labiórurum nostrórum! Deo.

Hymnus: Æténa cæli, ut supra. Ad Benedictus antiphona: Per víscera. Preces dicuntur.

Oratio

PRÆSTA, quæsumus, omnípotens Deus, ut observatiónes sacras ánnua devotióne recoléntes, et córpore tibi placeámus, et mente. Per.

Ad sextam*Capitulum*

ASSUR non salvábit nos, super equum non ascendémus, nec dicémus ultra: dii nostri ópera mánuum nostrárum, quia eius, qui in te est, miseréberis pópuli. Deo.

Ad nonam*Capitulum*

HÆC dicit Dóminus, Deus: Ego exáudiam, et dírigam eum. Ego, ut abíetem viréntem; ex me fructus tuus invéntus est. Quis sapiens, et intélligit ista? Intélliget, et sciet hoc, quia rectæ viæ Dómini, et iusti ambulábunt in eis. Deo.

Ad secundas vespas, ut supra scripta sunt.

IEIUNIUM QUATTUOR TEMPORUM SEPTEMBRIS

SABBATO

[Ad matutinum]

Secundum Lucam

IN illo tēpore. Dicēbat Iesus turbis similitúdinem hanc: Arborem fici habēbat quidam, plantátam in vīnea sua, et venit, quærens fructum in ea, et non invēnit. Et réliqua.

Homélia beáti Gregórii papæ.

Lectio I.

DÓMINUS et Redēptor noster · per Evangélium suum aliquándo verbis lóquitur, aliquándo rebus, aliquándo áliud verbis, atque áliud ostēditur rebus; aliquándo áliter hoc verbis, quod et rebus. Duas étenim res ex Evangélio, fratres, audístis: ficúlneam infructuósam, et mulierem curvam, et utríque rei est píetas impénsa. Tu autem.

Lectio II.

ILLUD autem dixit per similitúdinem, istud egit per exhibitiónem. Sed hoc significat ficúlnea infructuósa, quod múlier inclináta, et hoc ficúlnea reserváta, quod múlier erécta. Dóminus vīneæ tertio venit ad ficúlneam, et fructum mínime invēnit; múlier, quæ erécta est, decem et octo annis fúerat curváta. Tu autem.

Lectio III.

HOC autem per decem et octo annórum númerum signátur, quod tertio Dóminus vīneæ ad infructuósam ficúlneam venísse perhibétur. Quia ígitur præmitténdo · summátim totam perstrínximus, iam per lectiónis órđinem síngula differámus. *Arborem fici habēbat quidam plantátam in vīnea, et venit quærens fructum in ea, et non invēnit.* Quid arbor fici, nisi humánam natúram significat? Quid múlier inclináta, nisi eándem natúram significándo denúntiat? Tu autem.

Cetera, ut supra.

[Ad laudes]

Preces dicuntur, ut supra dictum est.

Capitulum

IN diébus illis. Locútus est Dóminus ad Móysen, dicens: Décimo die mensis huius séptimi · dies expiatiónum erit celebérrimus, et vocábitur sanctus, affligetísque ánimas vestras in eo, et offerétis holocáustum Dómino. Deo.

Hymnus: Auróra iam spargit. *Antiphona:* Illumináre, ut in psalterio. *Psalmus:*³¹ Benedictus. *Preces dicuntur ad horas.*

Oratio

OMNÍPOTENS, sempitérne Deus, qui per continéntiam salutárem · et corpóribus medéris et méntibus: maiestátem tuam súplices exorámus, ut, pia ieiunántium deprecatione placátus, et præsentia nobis subsidiá præbeas, et futúra. Per.

Ad sextam*Capitulum*

OMNIS ánima, quæ afflícta non fúerit die hac, períbit de pópulis suis, et, qui óperis quídpiam fécerit, delébo eam de pópulo suo. Deo.

Ad nonam*Capitulum*

SÁBBATUM requietiónis est. Affligetísque ánimas vestras · die nono mensis. A véspera usque ad vésperam celebrábitis sábbata vestra, dicit Dóminus omnípotens.

³¹ *Edd.* psalterio] Responsorium

DOMINICA DECIMA SEPTIMA

[ad vesp̄eras]

Capitulum

FRATRES. Obsecro vos, ego, vinctus in Dómino, ut digne ambulétis vocatióne, qua vocáti estis, cum omni humilitáte et mansuetúdi-ne, cum paciéntia, supportántes ínvicem in caritaté. Deo.

Responsorium · 2

Ex - áu - di - at * Dó - mi - nus o - ra - ti - ó - nes
ve - stras, et re - con - ci - li - é - tur vo - bis,
nec vos dé - se - rat in tém - po - re ma - lo
* Dó - mi - nus, De - us no - ster! V. Ad - a - pé - ri - at
Dó - mi - nus cor vestrum in le - ge su - a et in præ - cé - ptis
su - is, et fá - ci - at pa - cem! Dó - mi - nus.

Hymnus: O, Pater sancte. Versiculus: Vesp̄ertina oratio.

Ad Magnificat antiphona · 8g1

Ad - a - pé - ri - at Dó - mi - nus * cor ve - strum in le - ge
 su - a et in præ - cé - ptis su - is, et fá - ci - at pa - cem
 in di - é - bus no - stris! E u o u a e.

Oratio

DA, quæsumus, Dómine, pópulo tuo diabólica vitæ contágia, et te solum Deum pura mente sectári.

Cetera, ut supra.

[Ad matutinum]

Invitatorium · II


Ad - a - pé - ri - at Dó - mi - nus cor ve - strum in le - ge
 su - a * et in præ - cé - ptis su - is, et fá - ci - at pa - cem! Ps. Veníte.

Cetera de psalterio.

Lectio I.

ET factum est, postquam percussit Alexánder Philíppi Mácedo, qui primus regnávit in Græcia, egressus³² de terra Cethim, Dárium, regem Persárum et Medórum, et constituit prælia multa, et ómnium obtínuit munitiões, et interfécit reges terræ, et pertránsiit usque ad fines terræ, et accépit spólia multitudinis géntium, et síluit terra in conspéctu eius. Tu autem.

Responsorium · 3



Ad - a - pé - ri - at * Dó - mi - nus cor ve - strum
in le - ge su - a et in præ - cé - ptis su - is,
et fá - ci - at pa - cem in di - é - bus ve - stris!
* Con - cé - dat vo - bis sa - lú - tem, et réd - i - mat
vos a ma - lis! **V.** Ex - áu - di - at Dó - mi - nus
o - ra - ti - ó - nes ve - stras, et re - con - ci - li - é - tur vo - bis,
nec vos dé - se - rat in tém - po - re ma - lo!

³² *Edd. add. egressus] est*



Con- cé- dat.

Lectio II.

ET congregávit virtútem · et exércitum fortem nimis, et exaltátus est, et elevátum est cor eius, et obtínuit regiões géntium · et tyránnos, et facti sunt illi in tribútum. Et post hæc décidit in lectum, et cognóvit, quia morerétur. Convocávit púeros suos nóbiles, qui secum erant nutriti a iuventúte sua, et divisit illis regnum suum, cum adhuc víveret. Tu autem.


Responsorium: Exáudiat, ut supra.

Lectio III.

ET regnávít Alexánder annis duódecim, et mórtuus est, et obtinuerunt púeri eius regnum eius, unusquísque in loco suo, et imposuerunt sibi omnes diadémata post mortem eius, et fílii eórum post eos annis multis. Et multiplicáta sunt mala in terra. Et éxiit ex eis radix peccátrix: Antíochus, illústris fílius Antíochi regis, qui erat Romæ obses. Et regnávít in anno centésimo tricésimo et séptimo regni Græcórú. Tu autem.

Responsorium · 2

Tu - a est * pot-én - ti - a, tu - um re - gnum, Dó - mi - ne, tu es su - per o - mnes gen - tes: * da pa - cem, Dó - mi - ne, in di - é - bus no - stris! V. Cre - á - tor ó - mni - um, De - us, ter - rí - bi -




lis et for - tis,³³ iu - stus et mi - sé - ri - cors.
Da pa - cem.

Lectio IV.

ADMONET nos Dóminus lectiōne evangélica, ut loquámur vobis de impetrándo pane cælésti. Est enim panis terrénus terræ necessárius, quia caro nostra terra est. Fieri autem non posset, ut panem suum caro nostra habéret, et panem suum ánima non habéret. Etenim et ánima nostra in quadam egestáte in hoc sæculo eget pane suo, sicut caro. Tu.

Responsorium · 2



Re - fúl - sit * sol in clí - pe - os áu - re - os, et resplendu -
é - runt mon - tes ab e - is, * et for - ti - tú - do
gén - ti - um dis - si - pá - ta est. **V.** E - rat
e - nim ex - ér - ci - tus magnus val - de et for - tis,
et ap - pro - pinquá - bat Iu - das et ex - ér - ci - tus e - ius

³³ Edd. add. fortis] et



Lectio V.

NAM quis non eget pane? Deus ergo solus non eget pane. Ipse est enim panis ánimæ, qui pane altérius non eget, sed sufficiénter subsístet nos. Sanctus Dániel regi Nabuchodónosor dixit: Consílium meum áccipe, rex, et peccáta tua eleemósynis rédime! Tu.

Responsorium · 2

Im - pe - tum * in - i - mi - có - rum ne ti - mu - é -
 ri - tis, mé - mo - res e - stó - te, quó - mo - do
 sal - vi fa - cti sunt pa - tres no - stri, * et nunc
 cla - mé - mus in cæ - lum, et mi - se - ré - bi - tur
 no - stri De - us no - ster! **V.** Me - men - tó -
 te mi - ra - bí - li - um e - ius, quæ fe - cit Pha - ra - ó - ni
 et ex - er - cí - tu - i e - ius in ma - ri



Lectio VI.

SI vero consilium est, quod accipimus, quando nobis iubetur, vel quando monemur, ut aliquid ex eo, quod habemus, indigentibus praebeamus, non superbiamus, quando damus! Si enim consilium est, quod accepisti, tibi prodest plus, quam illi, cui dedisti. Non ergo nos extollamus super opera nostra, et quasi placeamus nobis, quod beneficia praestemus eis, quibus damus. Tu autem.

Responsorium · 8

In hy-mnis * et con-fes-si-ó-ni-bus be-ne-di-
 cé-bant Dó-mi-num, * qui ma-gna fe-cit in Is-
 ra-el, et vi-ctó-ri-am de-dit il-lis
 Dó-mi-nus o-mní-pot-ens. **V.** Or-na-vé-runt
 fá-ci-em templi co-ró-nis áu-re-is, et de-di-
 ca-vé-runt al-tá-re Dó-mi-no.



Qui ma-gna fe - cit.

Secundum Lucam

IN illo tēpore. Cum intráret Iesus in domum cuiúsdam princípis pharisæórum sábbato manducáre panem, et ipsi observábant eum. Et ecce, homo quidam hydrópicus erat ante illum. Et réliqua.

Homélia venerábilis Bedæ presbýteri.

Lectio VII.

HYDRÓPIS morbus ab aquóso humóre vocábulum trahit. Græce enim aqua hydor dicitur. Est autem humor subcutáneus de vítiis vesicæ natus, cum inflatióne turgénte et anhélitu fœtido. Propriúmque est hydrópici, quanto magis abúndat humóre inordináto, tanto ámplius sitíre. Et ídeo recte comparátur ei, quem fluxus carnálium voluptátum exúberans ággravat. Tu.

Responsorium · 7



Or - na - vé - runt * fá - ci - em tem - pli co - ró - nis



áu - re - is, et de - di - ca - vé - runt al - tá -



re Dó - mi - no,³⁴ * et fa - cta est



læ - tí - ti - a ma - gna in pó - pu - lo.

³⁴ BNS notat hic *df*



V. In hy - mnis et con-fes - si - ó - ni - bus be-ne - di -



cé-bant Dó - mi - num. Et fa - cta est.

Lectio VIII.

COMPARÁTUR díviti aváro, qui, quanto est copiósior dívitiis, quibus non bene útitur, tanto ardéntius tália concupiscit. *Et respóndens Iesus, dixit ad legisperítos et pharisæos: Si licet sábbato curáre? At illi tacuérunt.* Quod dicitur respóndisse Iesus, ad hoc réspicit, quod præmíssum est: *et ipsi observábant eum, Dóminus autem novit cogitatiónes hóminum.* Sed mérito interrogáti tacent, qui contra se dictum, quicquid díxerit, vident. Nam, si licet sábbato curáre, quare Salvatórem, an curat, obsérvant? Si non licet, quare ipsi sábbato curant? Tu.

Responsorium · 1



Congre - gá - ti sunt * in - i - mí - ci no - stri, et glo -



ri - án - tur in vir - tú - te su - a. Cón -




te - re for - ti - tú - di - nem il - ló - rum, Dó - mi - ne,



et di - spér - ge il - los, * ut co - gnó - scant, qui - a



non est á - li - us, qui pugnet pro no - bis, ni - si




tu, De - us no - ster. **V.** Di - spér - ge il - los
 in vir - tú - te tu - a, et dé - stru - e e - os,³⁵ pro - té - ctor
 no - ster, Dó - mi - ne! **U**t co - gnó - scant.

Lectio IX.


IPSE *vero apprehensum sanávit eum, ac dimísit.* Próvida dispensatióne Dóminus ante legisperítos et pharisæos hydrópicum curat, et mox contra avarítiam dísputat, ut vidélicet per huius ægrítudinem corpóris · in illis exprimerétur ægrítudo cordis. Dénique post multa dísputatiónis eius hortaménta · subiúctum est: audiébant autem ómnia hæc pharisæi, qui erant avári, et deridébant illum. Hydrópicus quippe, quo ámplius bíberit, ámplius sitit, et omnis avárus sitim múltiplicat. Qui cum ea, quæ áppetit, adéptus fúerit, ad appeténda ámplius ánhelat. Tu autem.

Responsorium · 7




Di - xit Iu - das * Si - mó - ni, fra - tri su - o:
 E - li - ge ti - bi vi - ros, et va - de, lí - be - ra
 fra - tres tu - os, in Ga - lí - læ - am! E - go au - tem

³⁵ BNS notat hic *ahc a*



et Ió - na - thas, fra - ter me - us, í - bi - mus in Ga -
 lá - di - thin. * Sic - ut fú - e - rit vo - lún - tas in
 cæ - lo, sic fi - at! **V.** Et nunc
 cla - mé - mus in cæ - lum, et mi - se - ré - bi - tur no -
 stri De - us no - ster! **Sic - ut fú - e - rit.**

Responsorium · 7



Hic est fratrum * a - má - tor et pó - pu - li
 Is - ra - el, * hic est, qui multum o - rat
 pro pó - pu - lo, et u - ni - vér - sa
 san - cta ci - vi - tá - te le - rú -



sa - lem. **V.** Vir i - ste in pó - pu - lo su - o
mi- tís - si - mus ap - pá - ru - it. **Hic.**

Responsorium · 2



A - pe - ri * cæ - los tu - os, Dó - mi - ne, et vi - de af - fli -
cti - ó - nem no - stram, cir - cum - de - dé - runt
nos gen - tes ad pu - ni - én - dum nos,
* sed tu, Dó - mi - ne, ex - tén - de brá - chi - um tu - um,
et lí - be - ra á - ni - mas no - stras! **V.** Congre - gá -
tæ sunt gentes in mul - ti - tú - di - ne, ut pu - gnent
con - tra nos. **Sed tu,** Dó - mi - ne.

Responsorium · 8



Con-gre-gá - tæ sunt * gen-tes in for - ti - tú - di - ne,
 ut di - mi - cá - rent con-tra nos, et i -
 gno-rá - mus, quid á - ge - re de - be - á - mus.
 * Dó - mi - ne, De - us, ad te sunt ó - cu - li
 no - stri, ne per - e - á - mus! **V.** A - pe - ri
 ó - cu - los tu - os, Dó - mi - ne, et vi - de af - fli - cti -
 ó - nem no - stram! **Dó** - mi - ne, De - us.

[Ad laudes]

Ad Benedictus antiphona · 7a



Cum in - trá - ret * Ie - sus in domum cu - iúsdam prín - ci - pis

pha - ri - sæ - ó - rum sá - ba - to man - du - cá - re pa - nem,
 et ec - ce, ho - mo quidam hy - dró - pi - cus e - rat an - te
 il - lum, i - pse ve - ro ap - pre - hén - sum sa - ná - vit
 e - um, ac di - mí - sit. E u o u a e.

Oratio, ut supra.

Ad sextam

Capitulum

FRATRES. Sollíciti serváte unitátem spíritus in vínculo pacis! Unum corpus et unus spíritus, sicut vocáti estis in una spe vocatiónis vestræ. Deo.

Ad nonam

Capitulum

FRATRES. Unus Dóminus, una fides, unum baptísma, unus Deus et Pater ómnium, qui super omnes et per ómnia · et in ómnibus nobis, qui est benedíctus in sácula sæculórum, amen. Deo.

[Ad vespas]

Ad Magnificat antiphona · 7a



Cum vo-cá-tus * fú-e - ris ad nú-pti - as, re-cúm-be in no-



vís-si-mo lo-co, ut di-cat ti - bi, qui te in-vi - tá - vit:



A - mí - ce, a-scén-de su-pé - ri - us! Et e - rit ti - bi gló-



ri - a co-ram si-mul discum-bén-ti - bus, al - le - lú - ia.



E u o u a e.

PER HEBDOMADAM

Lectio I.

ET post duos annos diérum, misit rex príncipem tributórum in civitátes Iuda. Et venit Ierúsalem cum turba magna, et locútus est ad eos verba pacífica in dolo, et credidérunt ei. Tu.

Lectio

ET írruit super civitátem repén-te, et percússit eam plaga magna, et pérdidit pópulum multum ex Israel. Et accépit spólia civitátis, et succéndit eam igni. Tu.

Lectio

ET destrúxit domos eius et muros in circúitu, et captívas duxérunt mulíeres, et natos et pecora possidérunt. Et ædificavérunt civitátem David muro magno et firmo et túrribus firmis, et facta est illis in arcem. Tu.

Lectio

ET posuérunt illic gentem peccatrícem, viros iníquos, et convaluérunt in ea. Et posuérunt arma et escas, et congregavérunt spólia in Ierúsalem, et reposuérunt illic, et facti sunt in láqueum magnum. Tu.

Lectio

ET factum est hoc in insídias sanctificatiónis, et in dolum magnum in Israel semper. Et effuderunt sánguinem innocéntem per circúitum sanctificatiónis. Tu.

Lectio

ET contaminavérunt sanctificatiónem, et fugérunt habitatóres Ierúsalem propter eos. Et facta est habitátio exterórum, et facta est éxtera sémini suo, et nati eius reliquérunt eam. Tu.

Lectio

SANCTIFICATIO eius desoláta est, sicut solitúdo, dies festi eius conversi sunt in luctum, sábbata eius in oppróbrium ... Tu.

Lectio

HONÓRES eius in níhilum secúndum glóriam eius. Multiplicáta est ignomínia eius, et sublímities eius convérsa est in luctum. Tu.

Lectio

ET scripsit rex Antíochus omni regno suo, ut esset omnis pópulus unus. Et reliquérunt unusquísque legem suam. Et consensérunt omnes gentes secúndum verba regis Antíochi. Tu.

Lectio

ET multi ex Israel consensérunt ei, et sacrificavérunt idólis, et coínquinavérunt sábbatum. Et misit rex Antíochus libros per manus nuntiórum Ierúsalem, et in omnes civitátes Iudæ, ut sequeréntur legem géntium terræ. Tu.

DOMINICA DECIMA OCTAVA

[ad vespervas]

Capitulum

FRATRES. Grátias ago Deo meo semper pro vobis · in grátia Dei, quæ data est vobis in Christo Iesu, quia in ómnibus dívites facti estis in illo, in omni verbo · et in omni sciéntia. Deo.

Responsorium: Tua est poténtia.

Ad Magnificat antiphona · 1g1



Da pa-cem, Dó-mi-ne, * in di - é - bus nostris, qui - a non est
 á - li - us, qui pugnet pro no - bis, ni - si tu, De - us
 no-ster! E u o u a e.

Oratio

DÍRIGAT corda nostra, quæsumus, Dómine, tuæ miseratiónis operátio, quia tibi sine te placére non póssumus.

Cetera, ut supra.

[Ad matutinum]

Lectio I.

ET sequénti anno congregávit Lýsias electórum virórum sexagínta mília, et équitum quinque mília, ut debelláret Israel. Et venérunt in Iudæam, et castra posuérunt in Béthoron, et occúrrit illis Iudas cum decem mílibus virórum. Et vidérunt exércitum fortem, et orávit, et dixit: Benedíctus es, salvátor Israel, qui contrivísti ímpetum potén-

tis in manu servi tui David, et tradidisti castra alienigenarum in manus Iónathæ, filii Saul, et armigeri eius. Conclúde exercitum istum in manu pópuli tui Israel, et confundántur in exercitu suo et in equítibus! Tu.

Lectio II.

DA illis formídinem, et tábefac audáciam virtútis eórum, et commoveántur contritióne sua! Déice eos gládio diligentium te, et colláudent te omnes, qui novérunt nomen tuum, in hymnis! Et commiserunt prœlium, et cecidérunt de exercitu Lýsiæ quinquæ mília virórum. Tu autem.

Lectio III.

VIDENS autem Lýsias suórum fugam · et Iudæórum audáciam, et quod paráti sunt aut vívere, aut mori fórtiter, ábiit Antióchiam, et elégit mílites, ut multiplicátus rursus veníret in Iudæam. Dixit autem Iudas et fratres eius: Ecce, contríti sunt inimíci nostri. Ascendámus nunc mundáre sancta · et renováre! Tu.

Sermo sancti Augustíni

Lectio IV.

SI verum cogitémus, fratres mei, et secúndum verba Dei nostri sapiámus, áliter enim si sapuérimus, perímus, sic non ex nostro consílio, sed ex ipsíus vivámus! Si quid habémus, áliquid paupéribus demus! Si non dedérimus, hoc dimíttimus, aut forte eo vivimus. Quam multi enim súbito ómnia bona perdidérunt, quæ studiosíssime recondébant! Tu autem.

Lectio V.

UNO ímpetu hostíli univérsi thesáuri dívítum perierunt. Nemo hosti vel fíliis servet. Certe vidétis, quia si est in illis áliqua fides, de his enim loquéndum est, quia Christiáni hoc passi sunt. Tu autem.

Lectio VI.

NAM de ignorántibus Deum nulla méntio est. Illi enim in hac vita, quod pro magno habébant, perdidérunt; áliam vitam non speravérunt. Ténebræ foris, ténebræ intus, paupértas in arca · maior egéstas in consciéntia. Quid enim Dóminus noster, Iesus Christus, quid dixit díviti illi · quærénti consílium de capescénda vita æténa?

Quid ei dixit? Dixit ei: Perde, quod habes. Plane étiam, si hoc díceret: Perde temporália, dicit, ut acqúiras ætérna. Tu.

Secundum Matthæum

IN illo témpore. Convenérunt pharisæi in unum, et interrogávit Iesum unus ex eis legisdóctor, tentans eum: Magíster, quod est mandátum magnum in lege? Et réliqua.

Homélie beáti Ioánnis epíscopi.

Lectio VII.

ET interrogávit eum unus ex eis legisdóctor. Convenérunt, ut multítudine vícerent, quem ratióne superáre non póterant. A veritáte nudos se esse proféssi sunt, qui multítudine se armavérunt. Dicébant enim apud se: unus loquátur pro ómnibus, et omnes loquámur per unum, ut, síquidem vícerit, omnes videámur victóres, si autem victus fúerit, vel solus videátur confúsus. Tu.

Lectio VIII.

PHARISÆI, qui ómnia propter hómines cogitátis et fácitis, primum quidem veniéntes cum uno, vincéndi estis per unum. Tamen pone, quia, uno victo, hómines non intélligunt omnes vos esse victos. Numquid consciéntiæ vestræ non séntiunt se esse confúsas? Levis est enim consolátio, cum quis in seípso confúsus est, quod ab áliis ignorátur. *Magíster, quod est mandátum magnum in lege?*

Lectio IX.

MAGÍSTRUM vocat, cuius non vult esse discípulus. Simplicíssimus interrogátor · et maligníssimus insidiátor de magno mandáto intérogat, qui nec mínimum obsérvat. Ille enim debet interrogáre de maióri iustítia, qui iam minórem implévit. Dóminus autem sic ei respóndit, ut interrogatóris eius fictam consciéntiam · statim primo respónso percúteret, dicens: *Díliges Dóminum, Deum tuum in toto corde tuo*, id est non sicut tu, qui devotiónem osténdis in ore, et fraudem meditáris in corde. Tu.

[Ad laudes]*Ad Benedictus antiphona · 8g1*


Ma - gi - ster, * quod est mandátum magnum in le - ge? A - it
 il - li Ie - sus: Dí - li - ges Dó-minum, De- um tu- um
 ex to- to cor-de tu - o, al - le - lú - ia! E u o u a e.

Ad sextam*Capitulum*


FRATRES. Sicut testimónium Christi confirmátum est in vobis, ita ut nihil vobis desit in nulla grátia, expectántibus revelatióem Dómini nostri, Iesu Christi. Deo.

Ad nonam*Capitulum*

QUI et confirmábit vos usque in finem sine crímine · in die advén-
 tus Dómini nostri, Iesu Christi. Deo.

[Ad vespas]*Ad Magnificat antiphona · 4e*


Quid vo - bis * vi - dé - tur de Chri - sto, cu - ius fí - li -



us est? Di - cunt e - i o - mnes: Da - vid. Di - cit e -
 is Ie - sus: Quó - mo - do Da - vid in spí - ri - tu
 vo - cat e - um Dó - minum, di - cens: di - xit Dó - mi - nus Dó -
 mi - no me - o, se - de a dex - tris me - is? E u o u a e.

PER HEBDOMADAM

Lectio I.

ET congregátus est omnis exércitus, et ascendérunt in montem Si - on. Et vidérunt sanctificatió - nem desértam, et altáre profanátum, et portas exústas. Tu.

Lectio

ET in átriis virgú - lta nata, sicut in saltu, vel in móntibus, et pasto - phó - ria dirúta. Scidérunt vestimé - nta sua, et planxérunt planctu magno. Tu autem.

Lectio

ET imposuérunt cínerem super caput suum, et cecidérunt in fá - ciem suam super terram, et exclamavérunt tubis signórum, et clamavérunt in cælum. Tu.

Lectio

TUNC ordinávit Iudas viros, ut pugnárent advérsus eos, qui erant in arce, donec emundárent sancta. Et elégit sacerdótes sine má -

cula, voluntátem habéntes in lege Dei, et mundavérunt sancta. Tu autem.

Lectio

ET tulérunt lápides contaminatiónis in locum immúndum, et cogitávit de altári holocaustórum, quod profanátum erat, quid de eo fáceret. Tu.

Lectio

ET incidit illi consílium bonum, ut destrúeret illud, ne forte esset illis in oppróbrium, quia contaminavérunt illud gentes, et demolíti sunt illud. Tu.

Lectio

ET reposuérunt lápides in monte domus in loco apto, quoadúsque veníret prophéta, et responderet de eis. Et acceperunt lápides íntegros secúndum legem, et ædificavérunt altáre novum secúndum illud, quod fuit prius. Tu.

Lectio

ET ædificavérunt sancta et quæ intra domum erant intínsecus et ædem, et átria sanctificavérunt. Et fecérunt vasa sancta nova, et intulérunt candélabrum et altáre incensórum · et mensam in templum, et incensum posuérunt super altáre. Tu.

Lectio

ET accendérunt lucérnas, quæ super candélabrum erant, et lucébant in templo. Et posuérunt super mensam panes, et appendérunt vela, et consummavérunt ómnia ópera, quæ fecérunt. Tu.

DOMINICA DECIMA NONA

[ad vespervas]

Capitulum

FRATRES. Renovámini spírítu mentis vestræ, et indúite novum hóminem, qui secúndum Deum creátus est · in iustítia et sanctitáte veritátis! Deo.

Responsorium: In hymnis et confessiónibus.

Ad Magnificat antiphona · 8g1

Ex - tén - de, Dó - mi - ne, * brá - chi - um tu - um, et lí - be - ra
 á - ni - mas nostras, ne per - e - á - mus! E u o u a e.

Oratio

OMNÍPOTENS et miséricors Deus: univérſa nobis adversántia propitiátus exclúde, ut, mente et córpore páriter expediti, quæ tua sunt, líberis méntibus exsequámur! Per.

Cetera, ut supra.

[Ad matutinum]

Lectio I.

IN diébus illis. Misit rex Demétrius Nicanórem, unum ex príncipibus suis nobilióribus, qui erat inimicítias exércens contra Israel, et mandávit ei evértere pópulum. Et venit Nicánor in Ierúsalem cum exércitu magno, et misit ad Iudam et ad fratres eius cum dolo, verbis pacíficis dicens: Tu.

Lectio II.

NON sit pugna inter me et vos, véniam cum viris paucis, et vídeam fácies vestras cum pace! Et venit ad Iudam, et salutavérunt se ínvicem pacífice. Et hostes paráti erant rápere Iudam. Et intónuit sermo Iudæ, quóniam cum dolo vénerat ad eum, et contérritus est ab eo, et ámplius nóluit vidére fáciam eius. Tu autem.

Lectio III.

ET cognóvit Nicánor, quóniam denudátum est consílium eius, et éxiit óbviám Iudæ in pugnam · iuxta Capharsálama, et cecidérunt de Nicanóris exércitu fere quinque mília viri, et fugérunt in civitátem David. Tu.

Lectio IV.

UBI est, inquit Dóminus, thesáurus tuus, illic erit et cor tuum. Leva, inquit, cor in cælum, ne putréscaat in terra! Consílium eius est, qui te vult serváre, non pérdere. Si ergo ita est, quómodo pænitet eos, qui non fecérunt? Modo quid sibi dicunt? In cælo haberémus, quod in terra perdidimus. Invásit hostis domum, numquid invádit cælum? Occídit servum custódem, numquid occídere potest Dóminus Salvatórem, quo fur non accédit, neque tínea corrúmpit? Tu.

Lectio V.

QUAM multi dicunt: Ibi haberémus, ibi nostros thesáuros reconderémus, quo eos secúri post páululum sequarémur! Quare non audívimus Dóminum nostrum, quare contépsimus Patrem monéntem, et hostem non sentirémus invadéntem? Multos ergo pænitet. Nam cuídam, quod revéra dícitur accidisse, hómīni non díviti, sed tamen étiam de tenuitate facultátum pinguis ádipe caritátis; cum sólídum, ut ássolet, vendidisset centum foléribus, ex prétió sólidi paupéribus iussit erogári ... Tu autem.

Lectio VI.

FACTUM hoc ille antíquus hostis, id est diábolus, ut pænitéret eum óperis sui, eo quod obœdiéndō recte fécerat, murmurándo doléret, immísit furem, et ábstulit totum, unde paupéribus datum erat, exíguum. Exspectábat diábolus vocem blasphemántis, et invénit laudántis. Exspectábat titubatióem fidei, invénit confirmatióem. Tu.

Secundum Matthæum

IN illo témpore. Ascéndens Iesus in navículam, transfretávit, et venit in civitátem suam. Et reliqua.

Homélia beáti Ioánnis epíscoꝑi.

Lectio VII.

CHRISTUM in humánis áctibus divína gessisse mystéria et in rebus visibílibus invisibília exercuisse negótia · léctio hodiérna monstrávit. *Ascéndit, inquit, in navículam, et transfretávit, et venit in civitátem suam.* Nonne ipse est, qui, fugátis flúctibus maris, profúnda nudávit, ut Israelíticus pópulus inter stupéntes undas · sicco vestígio, velut móntium cóncava, transíret? Nonne hic est Dóminus, qui Petri pédibus marínos vértices inclinávit, ut iter líquidum humánis gréssibus sólídum præbéret obséquium? Tu.

Lectio VIII.

ET quid est hoc, quod ipse sibi maris sic dénegat servitútem, ut brevíssimi laci tránsitum sub mercéde náutica transfretáret? *Ascéndit, inquit, in navículam, et transfretávit.* Et quid mirum, fratres? Christus venit suscípere infirmitátes nostras, et sua nobis conférre remédia sanitátis. Quia médicus, qui non fert infirmitátes, curáre nescit, et, qui non fúerit cum infírmo infirmátus, infírmo non potest conférre sanitátem. Christus ergo, si in suis mansísset virtútibus, commúne nihil habéret cum homínibus. Et, nisi impléset carnis órđinem, carnis in illo esset otíosa suscéptio. Sustínuit ergo has necessitátes, ut homo verus humánis necessitátibus probarétur. Tu.

Lectio IX.

ASCÉNDIT in navículam Christus, Ecclésiæ navim, sáeculi fluctum semper mitigáturus, ascéndit, ut credéntes in se · ad cæléstem pátriam tranquílla navigatióne perdúcat, et múnicipes civitátis suæ faciát, quos divinitátis suæ fecit esse consórtes. Non ergo Christus índiget navi, sed navis índiget Christo, quia sine cælésti gubernátore · navis Ecclésiæ per mundánum pélagus, per tália et tanta discrímína ad cæléstem portum non valet perveníre. Tu.

[Ad laudes]

Ad Benedictus antiphona · 1g1

Di - xit Dó-mi-nus * pa - ra - lý - ti - co: Con-fí - de, fi - li,
re-mít-tún-tur ti - bi pec-cá - ta tu - a! E u o u a e.

Ad sextam

Capitulum

FRATRES. Deponéntes mendácium, loquímini veritátem unusquísque cum próximo suo, quóniam sumus ínvicem membra! Irascími-

ni, et nolite peccare, sol non occidat super iracundiam vestram! Deo.


Ad nonam

Capitulum

FRATRES. Nolite locum dare diabolo! Qui furabatur, iam non furatur, magis autem laboret operando manibus suis, quod bonum est, ut habeat, unde tribuat necessitatem patienti. Deo.

[Ad vesperas]

Ad Magnificat antiphona · 6f (♭)



Et, vi-dens Ie - sus * fi - dem il - ló-rum, di - xit pa - ra -
 lý - ti - co: Sur - ge, tol - le le - ctum tu - um, et va - de in
 do - mum tu - am! E u o u a e.

PER HEBDOMADAM

Lectio I.

ET post hæc verba ascendit Nicānor in montem Sion, et exierunt de sacerdotibus pópuli salutare eum in pace, et demonstrare ei holocaustómata, quæ offerebantur pro rege. Tu.

Lectio

ET irridens sprevit eos, et pólluit, et locútus est supérbe, et iurávit cum ira, dicens: Nisi tráditus fúerit Iudas · et exércitus eius in manus meas, contínuo, cum regréssus fúero in pace, succéndam domum istam. Tu autem.

Lectio

ET exívit cum ira magna, et intravérunt sacerdótes, et stetérunt ante fáciem altáris et templi, et flentes dixérunt: Tu elegísti domum istam, Dómine, ad invocándum nomen tuum in ea, ut esset domus oratiónis et obsecratiónis pópulo tuo. Tu autem.

Lectio

FAC vindíctam in hómine isto et exércitu eius, et cadant gládio! Memento blasphemias eórum, et ne déderis eis, ut permáneant! Et éxiit Nicánor ab Ierúsalem, et castra applicuit ad Bétoron. Tu autem.

Lectio

ET occúrrit illi exércitus Sýriæ, et Iudas applicuit in Adársa cum tribus mílibus viris. Et orávit Iudas, et dixit: Qui missi erant a rege Sennácherib, Dómine, quia blasphemavérunt te, et éxiit ángelus, et percússit ex eis centum et octogínta quínque mília ... Tu.

Lectio

SIC percute exércitum istum in conspéctu nostro hódie, ut sciant céteri, quia male locútus est super sancta tua, et iúdica illum secúndum malítiam illíus! Tu autem.

Lectio

ET commiserunt exércitus próelium · tértia décima die mensis Adar, et contríta sunt castra Nicanóris, et cécidit ipse primus in próelio. Tu.

Lectio

UT vidit autem exércitus eius, quia cécidit Nicánor, proiecerunt arma sua, et fugérunt. Tu.

Lectio

ET persecúti sunt eos viam diéi uníus ab Adazer, úsquequo veniátur in Gázera. Tu.

Lectio

ET tubis cecinérunt post eos cum significatióibus, et exiérunt de ómnibus castéllis Iudææ in circúitu, et ventilábant eos cónibus, et convertebántur íterum ad eos, et cecidérunt omnes gládio, et non est relíctus ex eis nec unus. Tu.

DOMINICA VICESIMA

[ad vespervas]

Capitulum

FRATRES. Vidéte, quómo do caute ambulétis: non quasi insipiéntes, sed quasi sapiéntes, rediméntes tempus, quóniam dies mali sunt! Proptérea nolíte fíeri imprudéntes, sed intelligéntes, quæ sit volúntas Dei! Deo.

Responsorium: Dixit Iudas et cetera.

Ad Magnificat antiphona · 4d

Tu, Dó - mi - ne * u - ni - ver - só - rum, qui nul - lam ha - bes
ind - i - gén - ti - am: vo - lu - í - sti tem - plum tu - um
fí - e - ri in no - bis. Cón - ser - va do - mum i - stam im -
ma - cu - lá - tam in æ - té - num, Dó - mi - ne! E u o u a e.

Oratio

LARGIRE, quæsumus, Dómine, fidélibus tuis indulgéntiam placátus et pacem, ut páriter ab ómnibus mundéntur offénsis, et secúra tibi mente desérvant. Per.

[Ad matutinum]

Invitatorium Adapériat dicitur in istis quattuor dominicis præteritis, et cetera, ut supra.

Lectio I.

IN diébus illis. Congregávit Iónathas eos, qui erant in Iudæa, ut expugnárent arcem, quæ est in Ierúsalem, et fecerunt contra eam máchinas multas. Et abiérunt quidam, qui óderant gentem suam, viri iníqui ad regem, et renuntiavérunt ei, quod Iónathas obsidéret arcem. Et, ut audívit rex, irátus est, et statim venit Ptolomáidam, et scripsit Iónathæ, ne obsidéret, sed occurreret sibi ad collóquium festinátio. Tu.

Lectio II.

UT audívit autem Iónathas, iussit obsidére, et elégit de senióribus Israel · et de sacerdotibus, et dedit se perículo, et accépit aurum et argéntum et vestem et ália exénia multa, et ábiit ad regem Ptolomáidam, et invénit grátiam in conspéctu eius. Tu.

Lectio III.

ET interpellábant advérsus eum · quidam iníqui ex gente sua. Et fecit ei rex, sicut fécerant ei, qui ante ipsum fúerant, et exaltávit eum ante conspéctum ómnium amicórum eius. Et státuit ei principátum sacerdoti, et quæcúmque ália hábuit prius pretiósas, et fecit eum príncipem amicórum suórum. Tu.

Lectio IV.

MULTA sunt divíni Elóquii documénta, quibus osténditur multum valére eleemósynam, ad exstinguénda et delénda peccáta. Proínde illis, quos damnáturus est Dóminus, immo prius illis, quos coronáturus est, solas ipsas eleemósynas imputávit, tamquam dicens: Diffícile est, ut exáminem vos, et appéndam vos, et scruter diligentíssime vestra facta. Non invéniam, unde vos damnem, sed ite in regnum! Tu autem.

Lectio V.

ESURÍVI enim, et dedístis mihi manducáre. Non ergo itis in regnum, quia non peccástis, sed quia peccáta vestra eleemósynis redemístis. Rursus ad illos: Ite in ignem ætérnum! Et illi, tamquam nóxii olim rei sero treméntes, attendéntes peccáta sua, quando audérent dicere immérito se damnári, immérito in se hanc deprómi a iúdice tam iusto senténtiam, considerándo ómnia vúlnera ánimæ suæ, quando audérent dicere: Iniúste damnámur? Tu.

Lectio VI.

DE quibus ante in Sapiéntia dictum est: Tradúcent ex advérso iniquitátes eórum. Sine dúbio vidébunt se iuste damnári pro sceleribus et criminibus suis, et quasi eis diceret: Non inde, unde putátis, sed quia esurívi, et non dedístis mihi manducáre. Si enim, ab illis ómnibus vestris factis avérsi, et ad me convérsi, illa ómnia crímina atque peccáta eleemósynis rediméritis, ipse eleemósynæ modo liberárent vos, et a reátu tantórum críminum absólverent. Beáti enim mundo corde, quia ipsis misericórdia præstábitur. Tu autem.

Secundum Matthæum

IN illo témpore. Dicébat Iesus turbis parábolam hanc: Símile factum est regnum cælórum hómīni regi, qui fecit núptias filio suo. Et misit servos suos, vocáre invitátos ad núptias, et nolébant veníre. Et réliqua.

Homélia beáti Gregórii papæ.

Lectio VII.

TEXTUM lectionis evangélicæ, fratres caríssimi, volo, si possum, sub brevitate transcúrrere, ut in fine eius váleam ad loquéndum lárgius vacáre. Sed quæréndum prius est, an hæc apud Matthæum ipsa sit léctio, quæ apud Lucam sub appellatióne cenæ describitur. Et quidem sunt nonnúllo, quæ sibi díssona esse videántur, quia hic prándium, illic cena memorátur. Tu.

Lectio VIII.


HIC qui ad núptias non dignis véstibus intrávit, repúlsus est, illic nullus, qui intrásse dicitur, repúlsus esse perhibétur. Qua ex re recte collígitur, quod hic per núptias præsens Ecclésia, et illic per cenam ætérnum et últimum convívium designátur, quia et hanc nonnúllo exitúri intrant, et ad áliud, quisque semel intráverit, ultérius non exíbit. Tu.

Lectio IX.

AT, si quis forte conténdat hanc eándem esse lectionem, ego méli-
us puto salva fide · aliéno intelléctui cédere, quam contentióni-
bus deservire, quóniam et intélligi cóngrue potest, quia de proiéc-
to, qui cum nuptiáli veste non vénerat, quod Lucas tácuít, Matthæus di-
xit. Quod vero per illum cena, per hunc autem prándium dícitur, ne-
quáquam vel hoc nostræ intelligéntiæ obsístit, quia, cum ad horam
nonam apud antíquos cottídie prándium fíeret, ipsum quoque prán-
dium cena vocabátur. Tu autem.

[Ad laudes]

Ad Benedictus antiphona · 8g2



Dí - ci - te * in - vi - tá - tis: Ec - ce, prán-di- um me - um pa-
rá - vi, ve - ní - te ad nú- pti - as, di - cit Dó- mi - nus.
E u o u a e.

Capitulum

FRATRES. Nolíte inebriári vino, in quo est luxúria, sed implémini
spíritu, loquéntes vobismetípsis in psalmis et hymnis et cánticis
spiritalibus, cantántes et psalléntes in córdibus vestris Dómino! Deo.


Ad nonam

Capitulum

FRATRES. Grátias agéntes semper pro ómnibus in nómine Dómini,
Iesu Christi, Deo et Patri, subiécti ínvicem in timóre Dei. Deo.

[Ad vesp̄eras]

Ad Magnificat antiphona · 1d1



Nú - pti - æ * qui - dem pa - rá - tæ sunt, sed, qui in - vi - tá -
 ti e - rant, non fu - é - runt di - gni. I - te ad éx - i - tus
 vi - á - rum, et quoscúmque in - ve - né - ri - tis, vo - cá -
 te ad nú - pti - as, di - cit Dó - mi - nus. E u o u a e.

PER HEBDOMADAM

Lectio I.

ET misit Iónathas ad Demétrium regem, ut eíceret eos, qui in arce erant in Ierúsalem et qui in præsídiis erant, quia impugnábant Israel. Tu.

Lectio

ET misit Demétrius ad Iónathan, dicens: Non tantum hæc fáciam tibi et genti tuæ, sed glória illustrábo te et gentem tuam, cum fúerit opportunum. Nunc ergo recte féceris, si míseris viros in auxiliúm mihi, quia discéssit exércitus meus. Tu.

Lectio

ET misit ei Iónathas tria mília virórum fórtium ad Antióchiam, et venérunt ad regem. Et delectátus est rex in advéntu eórum. Tu autem.

Lectio

ET convenérunt, qui erant de civitaté, centum mília virórum, et volébant interficere regem. Et fugit rex in aulam. Et occupavérunt, qui erant de civitaté, itínera civitátis, et cœpérunt pugnáre. Tu autem.

Lectio

ET vocávit rex Iudáeos in auxiliúm, et convenérunt omnes simul ad eum, et dispérsi sunt omnes per civitatem, et occidérunt in illa die centum mília hóminum, et succendérunt civitatem eórum, et cepérunt spólia multa in die illa, et liberavérunt regem. Tu.

Lectio

ET vidérunt, qui erant de civitaté, quod obtinuíssent Iudáei civitátem, sicut volébant. Infirmáti sunt mente sua, et clamavérunt ad regem cum précibus, dicéntes: Da nobis dextras, et cessent Iudáei oppugnáre nos et civitatem! Et proiecérunt arma sua, et fecérunt pacem. Tu.

Lectio

ET glorificáti sunt Iudáei in conspéctu regis, et in conspéctu ómnium, qui erant in regno eius, et nomináti sunt in regno. Et egréssi sunt in Ierúsalem, habéntes spólia multa. Tu.

Lectio

ET sedit Demétrius rex in sede regni sui, et síluit terra in conspéctu eius. Et mentítus est ómnia, quæ dixit, et alienávit se ab Iónatha, et non retríbuit ei secúndum beneficia, quæ sibi tribúerat, et vexábat eum valde. Tu autem.

Lectio

POST hæc autem revérsus est Thryphon et Antíochus cum eo, puer adoléscent, et regnávit, et impósuit sibi diadéma. Et congregátus est ad eum omnis exércitus, quos dipérserat Demétrius, et pugnavérunt contra eum. Tu.

DOMINICA VICESIMA PRIMA

[ad vesperas]

Capitulum

FRATRES. Confortámini in Dómino et in poténtia virtútis eius! Indúite vos armatúra Dei, ut possitis stare advérsus insídias diáboli! Deo.

Responsorium · 1

A - spi - ce, Dó - mi - ne, * de se - de san - cta tu - a,
 et có - gi - ta de no - bis! In - clí - na, De - us
 me - us, au - rem tu - am, et au - di, * á - pe -
 ri ó - cu - los tu - os, et vi - de tri - bu - la -
 ti - ó - - nem no - stram! **V.** Ré - spi - ce, Dó - mi - ne,
 de san - ctu - á - ri - o tu - o, et de ex - cél - so cæ -
 ló - rum ha - bi - tá - cu - lo! **A** - pe - ri.

Hymnus: O, Pater sancte. **Versiculus:** Vespertína.

Ad Magnificat antiphona · 1a1

Vi-di Dó-mi-num, se-déntem * su-per só-li-um ex-célsum,³⁶
 et ple-na e-rat o-mnis ter-ra ma-ie-stá-te
 e-ius, et e-a, quæ sub i-pso e-rant, re-plébant
 templum. E u o u a e.

Oratio

FAMÍLIAM tuam, quæsumus, Dómine, contínua pietáte custódi, ut a cunctis adversitatibus, te protegénte, sit líbera, et in bonis áctibus tuo nómini sit devóta. Per.

Suffragia non dicuntur. In missa præfatio dicitur cottidiana.

Ad matutinum

Invitorium · 1 vel 4/II.

Lau-dá-bi-lem vi-rum ad-o-ré-mus in al-tis,
 * quem vi-dit se-dé-re E-zé-chi-el su-per a-las

³⁶ Edd. add. excelsum] et elevatum



Ché - ru - bim! **Ps.** Veníte. **Ps.** Veníte.

Antiphona: Servíte, ut in psalterio.

Lectio prima Ezechielis prophetae.

ET factum est in tricésimo anno, in quarto mense, quinta die mensis, cum essem in médio captivórum iuxta flúvium Chobar, apérti sunt cæli, et vidi visionés Dei. In quinta die mensis, ipse est annus quintus transmigratiónis regis Ióachim, factum est verbum Dómini ad Ezéchiél, fílium Buzi, sacerdotem, in terra Chaldæórum secus flumen Chobar. Et facta est super eum ibi manus Dómini. Hæc dicit Dóminus, Deus: Convertímini ad.

Responsorium · 1



Vi - di Dó - mi - num, se - dén - tem * su - per só - li - um



ex - cél - sum et e - le - vá - tum, et ple-



na e - rat o - mnis ter - ra ma - ie - stá - te e - ius,




* et e - a, quæ sub i - pso e - rant,



re - plé - bant tem - plum. **V.** Sé - ra - phim stabant



su - per il - lud, sex a - læ u - ni, et sex a - læ



Lectio II.

ET vidi, et ecce, ventus túrbinis veniébat ab aquilóne, et nubes magna et ignis invólvens, et splendor in circúitu eius, et de médio eius quasi spécies eléctri, id est de médio ignis. Et ex médio eórum · similitúdo quáttuor animálium. Et hic aspéctus eórum: similitúdo hóm̄inis in eis, et quáttuor fácies uni, et quáttuor pennæ uni. Hæc dicit.

Responsorium: Aspice, ut supra.

Lectio III.

ET pedes eórum pedes recti, et planta pedis eórum quasi planta pedis vítuli. Et scintíllæ quasi aspéctus áeris candéntis. Et manus hóm̄inis sub pennis eórum · in quáttuor pártibus, et fácies et pennas per quáttuor partes habébant, iunctæque erant pennæ eórum, altérius ad álterum. Non revertébant, cum incéderent, sed unumquódque ante fáciem suam gradiebátur. Hæc dicit Dóminus, Deus.

Responsorium · 1

A - spi - ce, * Dó - mi - ne, qui - a fa - cta est
de - so - lá - ta cí - vi - tas, ple - na di - ví - ti - is,
se - det in tri - stí - ti - a dó - mi - na gén - ti - um.
* Non est, qui con - so - lé - tur e - am, ni - si

tu, De - us. **V.** Plo - rans plo - rá - vit in
no - cte, et lá - cri-mæ e - ius in má - xil - lis
e - ius. **Non** est.

Sermo Gregórii papæ.

Lectio IV.

ANNO tricésimo Ezechiéli prophétæ cæli apérti sunt, et vidit visi-
ões Dómini iuxta flúvium Chobar, quia et quasi tricésimo ætá-
tis suæ anno · Dóminus ad flúvium Iordánis venit. Ibi itaque cæli
apérti sunt, quia Spíritus in colúmba descéndit. Vox quoque de cælo
sónuit, dicens: Hic est Fílius meus diléctus, in quo mihi complácuti. Tu.

Responsorium · 6

Su - per mu - ros tu - os, * Ie - rú - sa - lem, con - stí - tu - i
cu - stó - des. * To - ta di - e et no - cte
non ta - cé - bunt lau - dá - re no - men
Dó - mi - ni. **V.** Qui re - mi - ni - scí - mi - ni




Dó - mi - ni, ne ta - ce - á - tis, et ne de - tis
 si - lén - ti - um e - i! **T**o - ta di - e.


Lectio V.

SED et ipsa Hebræa verba multum nobis ad mystérium interpellándum valent. Nam Chobar interpretátur gravitúdo, vel grávitás. Ezéchiel fortitúdo Dei. Buzi despéctus, vel contémpтус. Chaldæi captivitántes, vel quasi dáemones. Venit ergo Ezéchiel iuxta flúvium Chobar. Quia enim Chobar gravitúdo, vel grávitás dicitur, quid per Chobar flúvium, nisi humánum genus cóngroe designátur? Tu.

Responsorium · 8



Mu - ro tu - o * in - ex - pu - gná - bi - li cir - cum -
 cín - ge nos, Dó - mi - ne, et ar - mis tu - æ
 pot - én - ti - æ pró - te - ge nos sem - per!
 * Lí - be - ra, Dó - mi - ne, De - us Is - ra - el, cla - mán -
 tes ad te! **V.** E - ru - e nos, Dó - mi - ne,




in mi - ra - bí - li - bus tu - is, et da gló - ri - am
 nó - mi - ni tu - o! Lí - be - ra.

Lectio VI.

QUOD ab ortu défluit ad mortem, et grave sibi est ex peccátis, quæ pèrperat et portat, quia, sicut scriptum est: Iniquitas in talénto plumbi sedet. Omne enim peccátum grave est, quia non permíttit ánimus ad sublímia levári. Unde et per Psalmístam dicitur: Fílii hó-minum, úsquequo gravi corde? Scriptum vero de Dómino est, quia ipse est Dei virtus et Dei sapiéntia. Tu.

Responsorium · 8



Sus-ti - nú - i - mus pa - cem, * et non ve - nit,
 quæ - sí - vi - mus bo - na, et ec - ce, tur -
 bá - ti - o. Co - gnó - vi - mus, Dó - mi - ne,
 pec - cá - ta no - stra: * non in per - pé - tu - um
 ob - li - vi - scá - ris nos! V. Pec - cá - vi - mus cum

pá - tri - bus no - stris, in - iú - ste é - gi - mus, in - i - qui -
 tá - tem fé - ci - mus. **Non** in per - pé -
 tu - um.

Secundum Ioannem

IN illo tēpore. Erat quidam régulus, cuius fílius infirmabátur Ca-phárnaum. Hic, cum audísset, quia Iesus adveníret a Iudæa in Galilæam, ábiit ad eum, et rogábat eum, ut descēderet, et sanáret fili-um eius. Et réliqua.

Homélia beáti Gregórii papæ.

Lectio VII.

LÉCTIO sancti Evangélii, quam modo, fratres, audístis, expositióne non índiget, sed, ne hanc táci præterísse videámur, exhortándo pótius, quam exponéndo, in ea áliquíd loquámur. Hoc autem nobis solúmmodo de expositióne esse vídeo requiréndum: Cur is, qui ad salútem peténdam vénerat, audívit: *Nisi signa et prodígia vidéritis, non créditis.* Tu.

Responsorium · 5

Mi- sit Dó - mi - nus * án - ge - lum su - um, et con-
 clú- sit o - ra le - ó - num, * et non me
 con- ta - mi - na - vé - runt, qui - a co - ram e - o iu -



V. Mi - sit Dó - mi - nus³⁷ mi - se - ri - cór - di - am su - am



et ve - ri - tá - tem su - am, á - ni - mam me - am e - rí -



pu - it de mé - di - o ca - tu - ló - rum le - ó - num.



Et non me.

Lectio VIII.

QUI enim salutem quærébat filio, procul dúbio credébat. Neque enim ab eo quæreret salutem, quem non créderet Salvatórem. Quare ergo dicitur: *Nisi signa et prodígia vidéritis, non créditis?* Qui ante créderet, quam signum vidéret? Sed mementóte, quid pétiit, et apérte cognoscétis, quia in fide dubitávit. Popóscit namque, ut descénderet, et sanáret fílium eius. Tu.

Responsorium · 8




An - gú - sti - æ * mi - hi sunt ún - di - que, et quid



é - li - gam, i - gnó - ro. * Mé - li - us est mi - hi

³⁷ BNS Misit] Deus




in - cí - de - re in ma - nus hó - mi - num, quam
 de - re - lín - que - re le - gem De - i me - i.

V. Si e - nim hoc é - ge - ro, mors mi - hi est, si au -
 tem non é - ge - ro, non ef - fú - gi - am ma - nus
 ve - stras. **Mé - li - us est.**


Lectio IX.

CORPORÁLEM ergo Dómini præsentiam quærébat, qui per spíritum nusquam déerat. Minus itaque in illo crédidit, quem non putávit posse salutem dare, nisi præsens esset et corpore. Si enim perfécte credidisset, procul dúbio sciret, quia non esset locus, ubi non esset Deus. Ex magna ergo parte diffísus est, quia honórem non dedit maiestáti, sed præsentíæ corporáli. Et salutem itaque pétiit fílio, et tamen in fide dubitávit, quia eum, ad quem vénerat, et potén-tem ad curándum crédidit, et tamen moriénti fílio esse abséntem putávit. Tu.

Responsorium · 8




Lau - dá - bi - lis * pó - pu - lus, quem Dó - mi - nus ex -
 er - cí - tu - um be - ne - dí - xit, di - cens: O - pus má -




nu - um me - á - rum tu es, * he - ré - di - tas
 me - a, Is - ra - el. **V.** Be - á - ta gens, cu - ius
 est Dó - mi - nus De - us e - ius, pó - pu - lus, quem e -
 lé - git in he - re - di - tá - tem si - bi.
He - ré - di - tas.

Responsorium · 5 (BNS)




Gen - ti pec - ca - trí - ci, * pó - pu - lo ple - no pec - cá - tis
 * mi - se - ré - re, Dó - mi - ne, De - us! **V.** E - sto
 pla - cá - bi - lis su - per ne - quí - ti - am pó - pu - li
 tu - i! **Mi - se - ré - re.**

Vel responsorium · 7 (Kn 1)




Gen-ti pec-ca-trí-ci,* pó - pu-lo ple-no pec-cá - tis
 * mi - se - ré - re, Dó-mi-ne, De - us! **V.** E - sto
 pla-cá - bi-lis su - per ne-quí - ti - am pó - pu-
 li tu - i! **Mi** - se - ré - re.

Responsorium · 3



Red-é - mit Dó-mi-nus* pó - pu - lum su - um, et li -
 be - rá - vit e - os, et vé - ni - ent, et ex - sul-
 tá - bunt in monte Si - on, et gau-débunt de bo - nis
 Dó - mi - ni su - per fru - mén - to, vi - no et ó - le - o,
 * et ul - tra non e - sú - ri - ent. **V.** A fru-



ctu frumén-ti vi-ni et ó - le - i su - i mul-ti -
pli - cá - ti sunt. **E**t ul - tra.

Responsorium · 2



Qui cæ - ló - rum * cón - ti - nes thro - nos, et a - býs - sos in -
tu - é - ris, Dó - mi - ne, rex re - gum, mon - tes
pón - de - ras, ter - ram pal - mo con - clú - dis:
* ex - áu - di nos, De - us, in ge - mí - ti - bus
no - stris! **V.** Qui re - gis Is - ra - el, in - tén - de,
qui de - dú - cis, vel - ut o - vem, lo - seph. **E**x - áu -
di nos.

Responsorium · 5


In - di - cá - bo * ti - bi, ho - mo, quid sit
 bo - num, aut quid Dó - mi - nus re - quí - rat
 a te: fá - ce - re iu - dí - ci - um et iu - stí -
 ti - am * et sol - lí - ci - tum am - bu - lá - re
 cum De - o tu - o. **V.** Spe - ra in Dó - mi - no,
 et fac bo - ni - tá - tem, et in - há - bi - ta ter - ram,
 et pa - scé - ris in di - ví - ti - is e - ius. **Et** sol -
 lí - ci - tum.

Te Deum laudámus.

Laudes

De psalterio. Capitulum: Confortámini, ut supra.

Ad Benedictus antiphona · 1g1



E - rat quidam ré - gu - lus, * cu - ius fí - li - us in - fir - ma -
 bá - tur Ca - phár - na - um. Hic, cum au - dís - set, qui - a Ie -
 sus ve - ní - ret in Ga - li - læ - am, ro - gá - bat e - um,
 ut sa - ná - ret fí - li - um e - ius. E u o u a e.

Ad sextam

Capitulum

FRATRES. Non est nobis colluctatio advérsus carnem et sánguinem, sed advérsus príncipes et potestátes, advérsus mundi rectóres tenebrárum harum, contra spiritália nequítiae in caeléstibus. Proptérea accípite armatúram Dei, ut possítis resístere in die malo, et in ómnibus perfécti stare! Deo.

Ad nonam


Capitulum

FRATRES. State succínti lumbos vestros in veritaté, indúti loríca iustítiae, et calceáti pedes in præparatióne Evangélii pacis, in ómnibus suméntes scutum fidei, in quo possítis ómnia tela nequíss-

mi ignea exstinguere. Et gáleam salútis assúmite, et gládium spíritus, quod est verbum Dei. Deo.


[Ad vespas]

Ad Magnificat antiphona · 1g2



Dó - mi - ne, * descén - de, ut sa - nes fí - li - um me - um, pri - ús -
 quam mo - ri - á - tur! Di - cit Ie - sus e - i:³⁸ Va - de, fí - li - us
 tu - us vi - vit, al - le - lú - ia! E u o u a e.

Ad Magnificat antiphona · 3a1



Co - gnó - vit au - tem pa - ter, * qui - a il - la ho - ra e - rat,
 in qua di - xit Ie - sus: fí - li - us tu - us vi - vit. Et cré -
 di - dit i - pse et do - mus e - ius to - ta. E u o u a e.

³⁸ *Edd.* Dicit] ei Iesus

PER HEBDOMADAM

Lectio I.

SIMILITUDO autem vultus animalium: facies hominis et facies leonis a dextris ipsorum quattuor, facies autem bovis a sinistris ipsorum quattuor, et facies aquilae desuper ipsorum quattuor. Et facies eorum et pennae eorum extentae desuper. Haec dicit.

Lectio

DUAE pennae singulorum iungebantur, et duae tegebant corpora eorum. Et unumquodque eorum coram facie sua ambulabat. Ubi erat spiritus impetus, illuc gradiebantur, nec revertiebantur, cum ambularent. Haec.

Lectio

ET similitudo animalium et aspectus eorum quasi carbonum ignis ardentium, et quasi aspectus lampadarum. Haec erat visio discurrens in medio animalium: splendor ignis, et de igne fulgur egradiens. Et animalia ibant, et revertiebantur in similitudinem fulguris coruscantis. Haec.

Lectio

CUMQUE aspicerem animalia, apparuit rota una super terram iuxta animalia, habens quattuor facies, et aspectus rotarum et opus earum quasi visio maris. Haec.

Lectio

ET una similitudo ipsarum quattuor, et aspectus earum et opera, quasi si sit rota in medio rotae. Per quattuor partes earum euntes ibant, et non revertiebantur, cum ambularent. Haec.

Lectio

STATURA quoque erat rotis et altitudo, et horribilis aspectus, et totum corpus plenum oculis in circuitu ipsarum quattuor. Haec dicit.

Lectio

CUMQUE ambularent animalia, ambulabant pariter, et rotae iuxta ea. Et, cum eleverentur animalia de terra, elevabantur simul et rotae. Haec.

Lectio

QUOCÚMQUE ibat spírítus, illuc, eúnte spírítu, et rotæ páriter le-
bántur, sequéntes eum. Spírítus enim vitæ erat in rotis. Cum eún-
tibus ibant, et cum stántibus stabant, et cum elevátis a terra páriter le-
vabántur et rotæ, sequéntes ea, quia spírítus vitæ erat in rotis. Hæc.

Lectio

ET similitúdo super caput animálium firmaménti, et quasi aspé-
ctus crystálli horríbilis et exténtæ super cápita eórum désuper.
Sub firmaménto autem pennæ eórum rectæ altérius ad álterum.
Unumquódque duábus alis velábat corpus suum, et álterum simíliter
velabátur. Hæc.

DOMINICA VICESIMA SECUNDA

[ad vespervas]

Capitulum

FRATRES. Confídimus in Dómino Iesu, quia, qui cœpit in vobis
opus bonum, perficiet usque in diem Iesu Christi. Deo.

Responsorium: Aspice, Dómine. **Hymnus:** O, Pater sancte. **Versiculus:** Vespertína orátio.

Ad Magnificat antiphona · 1g2

Su - per mu - ros tu - os, * Le - rú - sa - lem, con - stí - tu - i
cu - stó - des, to - ta di - e et to - ta³⁹ no - cte non ta -

³⁹ *Edd. om. et] tota*

cē - bunt lau - dá - re no - men Dó - mi - ni.
E u o u a e.

Oratio

DEUS, refúgium nostrum et virtus: adesto piis Ecclésiæ tuæ precibus, auctor ipse pietátis, et præsta, ut, quod fideliter pétimus, effícaciter consequámur! Per.

Suffragia non dicuntur.

[Ad matutinum]

Invitatorium: Laudábilem virum *et cetera, ut supra.*

Lectio I.

ET factus est sermo Dómini ad me, dicens: Fili hóminis, in médio domus exasperántis tu hábitas, qui óculos habent ad vidéndum, et non vident, et aures ad audiéndum, et non áudiunt, quia domus exásperans est. Tu ergo, fili hóminis, fac tibi vasa transmigratiónis, et transmigrábis per diem coram eis! Hæc dicit.

Responsorium: Vidi Dóminum, sedéntem super sólium.

Lectio II.

TRANSMIGRÁBIS autem de loco tuo ad locum álterum · in conspéctu eórum, si forte aspíciant, quia domus exásperans est. Et éfferes foras vasa tua, quasi transmigrántis per diem · in conspéctu eórum. Tu autem egrediéris vespere coram eis, sicut egreditur ante óculos eórum migrans. Pérfode tibi parietem, et egrediéris per eum in conspéctu eórum. Hæc dicit.

Lectio III.

IN húmeris portáberis, in calígine efferéris, faciém tuam velábis, et non vidébis terram, quia porténtum dedi te dómui Israel. Feci ergo, sicut præcéperat mihi Dóminus. Vasa mea prótuli, quasi vasa

DOMINICA VICESIMA SECUNDA

transmigrationis, per diem, et vespere perfodi mihi parietem manu, et in caligine egressus sum, et in humeris portatus in conspectu eorum. Hæc.

Sermo beati Gregorii papæ.

Lectio IV.

ET sedi, ubi ipsi sedebant, et mansi ibi septem diebus, mærens in medio eorum. Notandum, captivo populo propheta sanctus quanta compassione se copulat, eorumque se mæroribus condescendendo, condolendo · et mærendo coniungit. Quia radix verbi · est virtus operis, et ille sermo ab audiente libenter accipitur, qui a prædicante cum compassione animi profertur. Tu autem.

Lectio V.

SICUT ferrum, cum ferro iungitur, liquatur prius, ut postmodum vicissim a seipso teneatur. Si enim prius minime mollescit, postmodum fortiter tenere non sufficit. Sic propheta captivo populo consedit, et mærens in medio exstitit, ut, dum per caritatis gratiam, condescendendo, se ei molliorem redderet, eum statim per verbi fortitudinem tenerent. Tu.

Lectio VI.

SIN vero Israeliticus populus, qui domus exasperans vocatur, qui culpas nec inter flagella cognovit, nullo mærore animum depresso. Propheta inter gaudentes mærens sedere studuit, ut tacendo ostenderet, quod loquendo venerat dicere, et, priusquam verba faceret, in hoc, quod mærens tacuit, formam verborum sumpsit. Tu.

Secundum Matthæum

IN illo tempore. Dixit Iesus discipulis suis parabolam hanc: Simile est regnum cælorum homini regi, qui voluit rationem ponere cum servis suis. Et reliqua.

Homelia beati Hieronymi presbyteri ex Commentario.

Lectio VII.

IDEO assimilatum est regnum cælorum homini regi, qui voluit rationem ponere cum servis suis. Familiare est Syris et maxime Palestinis ad omnem sermonem suum parabolas iungere, ut, quod per simplex præceptum teneri ab auditoribus non potest, per similitudinem exempli teneatur. Tu.

Lectio VIII.

PETRO itaque præcepit sub comparatione regis et domini et servi, qui debitor decem milium talentorum, a domino rogans, veniam impetraverat, ut ipse quoque dimittat conservis suis, minora peccantibus. Si enim ille rex et dominus servo debitori decem milia talentorum tam facile dimisit, quanto magis servi conservis suis debent minora dimittere? Tu.

Lectio IX.

QUOD ut manifestius fiat, dicamus sub exemplo! Si quis vestrum commiserit adultrium, homicidium, sacrilegium: maiora crimina decem milia talentorum rogantibus dimittantur, sed et ipse dimittit minora peccantibus. Si autem ob factam contumeliam simus implacabiles, et propter amarum verbum perpetes habeamus discordias, nonne nobis videmur recte redigendi in carcerem, et sub exemplo operis nostri hoc agere, ut maiorum nobis delictorum venia non relaxetur? Tu.

[Ad laudes]

Ad Benedictus antiphona · 8g1



Di - xit au - tem *Dó - mi - nus ser - vo: Red - de, quod de - bes!



Pró - ci - dens au - tem servus il - le, ro - gá - bat e - um, di - cens:



Pa - ti - én - ti - am ha - be in me, et ó - mni - a red - dam



ti - bi! E u o u a e.

DOMINICA VICESIMA SECUNDA

Ad sextam

Capitulum

FRATRES. Iustum est hoc mihi sentire pro ómnibus vobis, eo quod hábeam vos in corde et in vínculis meis, et in defensióne et confirmatióne Evangélii sócios gáudii mei omnes vos esse. Deo.


Ad nonam

Capitulum

FRATRES. Testis mihi est Deus, quómodo cúpiam vos omnes in viscéribus Iesu Christi, et hoc oro, ut caritas vestra magis abúndet · in sciéntia et in omni sensu, ut probétis potióra, ut sitis sincéres et sine offénsa in diem Christi, repléti fructu iustítiae per Iesum Christum in glóriam et laudem Dei. Deo.

[Ad vespas]

Ad Magnificat antiphona · 8g1



Ser - ve ne - quam, * o - mne dé - bi - tum di - mí - si
ti - bi, quó - ni - am ro - gá - sti me. Non - ne er - go o - pór -
tu - it et te mi - se - ré - ri con - sér - vi tu - i, sic - ut
et e - go tu - i mi - sér - tus sum? Di - cit Dó - mi - nus.



E u o u a e.

PER HEBDOMADAM

Lectio I.

ET factus est sermo Dómini ad me, dicens: Fíli hóminis! Ecce, domus Israel dicéntium: Vísio, quam hic videt, in dies multos, et in témpora longa iste prophétat. Proptérea dic ad eos: Hæc dicit Dóminus, Deus: Non prolongábitur ultra omnis sermo meus. Verbum, quod locútus fúero, complébitur. Dicit Dóminus, Deus: Convertímini.

Lectio

ET factus est sermo Dómini ad me, dicens: Fili hóminis, vaticináre ad prophétas Israel, qui prophétant, et dices prophetántibus de corde suo: Audíte verbum Dómini! Hæc dicit.

Lectio

VÆ prophétis insipiéntibus, qui sequúntur spíritum suum, et nihil vident. Quasi vulpes in desértis, prophétæ tui, Israel, errant. Non ascendístis ex advérso, neque opposuístis murum pro domo Israel, ut starétis in prælio in die Dómini. Hæc dicit Dóminus.

Lectio

VIDENT vana, et divínant mendácium, dicéntes: Ait Dóminus, cum Dóminus non míserit eos. Et perseveravérunt confirmáre sermónem. Hæc.

Lectio

NUMQUID non visiónem cassam vidístis, et divinatiónem mendácem locúti estis? Et dicitis: Ait Dóminus, cum ego non sim locútus. Proptérea hæc.

Lectio

QUIA locúti estis vana, et vidístis mendácium, ídeo ego ad vos, ait Dóminus, Deus. Et erit manus mea super prophétas, qui vident vana, et divínant mendácium. Hæc.

DOMINICA VICESIMA SECUNDA

Lectio

IN concílio pópuli mei non erunt, et in scriptúra domus Israel non scribéntur, nec in terra Israel ingrediéntur. Et sciétis, quia ego Dóminus, Deus, eo quod decéperint pópulum meum, dicéntes: Pax, pax, et non erat pax. Hæc dicit.

Lectio

ET ipse ædificábat parietem, illi autem liniébant eum luto absque páleis. Dic ad eos, qui líniunt absque temperaturá, quod casúrus sit. Hæc dicit Dóminus.

Lectio

ERIT enim imber inúndans, et dabo lápides prægrándes, désuper irruéntes, et ventum procéllæ dissipántem. Et, síquidem ecce, cécidit páries, numquid non dicétur vobis: Ubi est linitúra, quam lini-vístis? Proptérea hæc dicit Dóminus.

DOMINICA VICESIMA TERTIA

[ad vesperas]

Capitulum

FRATRES. Imitatóres mei estóte, et observáte eos, qui ita ámbulant, sicut habétis formam nostram.

Responsorium: Super muros et cetera.

Ad Magnificat antiphona · 1d1

Sus - ti - nú - i - mus pa - cem, * et non ve - nit, Dó - mi - ne,
quæ - sí - vi - mus bo - na, et ec - ce, tur - bá - ti - o, co - gnó -

vi-mus, Dó-mi-ne, pec-cá-ta no-stra, ne in æ-tér-num i-ra-scá-ris no-bis, De-us Is-ra-el!
E u o u a e.

Oratio: Deus, refúgium nostrum et virtus. *Quære supra, in alia dominica.*

Lectio I.

ANNO tértio regni Ióachim, regis Iuda, venit Nabuchodónosor, rex Babylónis in Ierúsalem, et obsédit eam. Et trádidit Dóminus Ióachim, regem Iudæ in manus eius, et partem vasórum domus Dei, et asportávit ea in terram Sénnaar, in domum Dei sui, et vasa tulit in domum thesáuri Dei sui. Tu.

Responsorium: Vidi Dóminum, sedéntem.

Lectio II.

ET ait rex Affanar, præpósito eunuchórum suórum, ut introduceret de fíliis Israel et de sémine régio et tyrannórum púeros, in quibus nulla esset mácula, decóros forma et erudítos omni sapiéntia, cautos sciéntia et doctos disciplína, et qui possent stare in palátio regis, ut docéret eos lítteras et linguam Chaldæórum. Tu.

Lectio III.

ET constituit eis rex annónam per síngulos dies de cibus suis, et de vino, unde bibébat ipse, ut, enutríti tribus annis, póstea starent in conspéctu regis. Fuérunt ergo inter eos de fíliis Iuda Dániel, Ananías, Mísael et Azarías. Et impósuit eis præpósitus eunuchórum nómina: Daniéli Bálthasar, et Ananíæ Sidrach, Misaéli Mísaac, et Azaríæ Abdénago.

Sermo beáti Ioánnis Chrysóstomi.

Lectio IV.

DEUS omnipotens, étiam cum in últimam decidérimus insániam, non ultiónis afféctu pro his, quæ commísimus, movétur in nos, sed, cúpiens viscéribus nostris inveterátos curáre languóres vitiórum, pro hoc et dicit ómnia, et agit, cúpidus sanitátis nostræ, non pœnæ. Tu.

Lectio V.

QUOD quamvis rátio ipsa pietátis sufficiénter osténdat, tamen, ne tibi de huiúsmodi senténtia dubitátio ulla videátur, póssumus hoc étiam ex divínis Scriptúris, quod ita se hábeant, edocére. Dic enim mihi, quid scelerátius fuit rege Babylónio, qui, cum in multis expértus esset poténtiam Dei, ita ut prophétam eius adoráret, et iubéret ei tus et myrrham immolári? Tu.

Lectio VI.

RURSUS tamen ad priórem advérsus Deum supérbiam devolútus est, et eos, qui imáginem eius adoráre noluérunt, præferéntes veneratiónem Dei, vinctos in fornácem iecit ignis ardéntis. Et tamen hunc tam immánem, tam ípium próvocat Deus ad pœniténtiam, et dedit ei converténdi matérias. Tu autem.

Secundum Matthæum

IN illo témpore. Abeúntes pharisæi, consílium iniérunt, ut cáperent Iesum in sermóne. Et reliqua.

Homélia venerábilis Bedæ presbýteri.

Lectio VII.

QUÆRÉNTES Dóminum comprehéndere, príncipes sacerdotum et scribæ timuérunt pópulum, atque ídeo, quod per se non póterant, præsidis mánibus effícere tentábant, ut velut ipsi a morte eius videréntur immúnes. Nuper enim sub Cæsare Augústo Iudæa subiécta Románis, quando in toto orbe celebráta est descriptio, stipendiária facta fúerat. Tu autem.

Lectio VIII.

ET erat in pópulo magna sedítio, dicéntibus áliis pro securitáte et quiéte, qua Románi pro ómnibus militárent, debére tribúta persólvi. Pharisæis vero, qui sibi applaudébant iustítiam, contráριο niténtibus, non débere pópulum Dei, qui décimas sólveret, et primitíva

daret, et cétera, quæ in Lege scripta sunt, humánis légibus subiacére. Tu.

Lectio IX.

CUIUS seditiónis fomes ádeo inváluit, ut post Dómini passiónem, insisténtibus sibi Románis, pátriam, gentem et regnum, nóbile illud cum sua religióne templum, immo ipsam lucem pérdere, quam tribúta péndere maluérunt. *Et interrogavérunt illum, dicéntes: Magíster, scimus, quia recte dicis, et doces, et non áccipis persónam, sed in veritáte vi-am Dei doces. Licet nobis tribútum dare Cæsari, an non? Blanda ac fraudulénta interrogátio illuc próvocat respondéntem, ut magis Deum, quam Cæsarem tímeat, et dicat non debére Cæsari tribúta solvi. Consíderans autem dolum illórum, dixit ad eos: Quid me tentátis? Osténdite mihi denárium! Cuius habet imáginem et inscriptiÓnem? Respondéntes, dixérunt: Cæsaris. Et ait illis: Réddite ergo, quæ Cæsaris sunt, Cæsari, et quæ Dei sunt, Deo! Tu autem.*

[Ad laudes]

Ad Benedictus antiphona · 8g1

Ma - gí - ster, * scimus, qui - a ve - rax es, et vi - am De - i
in ve - ri - tá - te do - ces, al - le - lú - ia. E u o u a e.

Ad sextam

Capitulum

MULTI ámbulant, quos sæpe dicébam vobis, nunc autem et flens dico, inimicos Crucis Christi, quorum finis intéritus, quorum Deus venter est, et glória in confusiÓne ipsórum, qui terréna sápiunt. Nostra autem conversátio in cælis est. Deo.

Ad nonam

Capitulum

FRATRES. Salvatórem expectámus, Dóminum nostrum, Iesum Christum, qui reformábit corpus humilitátis nostræ, configurátum córpori claritátis suæ, secúndum operatióem, qua possit étiam subícere sibi ómnia Iesus Christus, Dóminus noster. Deo grátias.

[Ad vespervas]

Ad Magnificat antiphona · 1g1



In-ter-ro-gá-tus * a Iu-dæ-is Dó-mi-nus: Si li-cet
census da-re Cæ-sa-ri? Re-spóndit Ie-sus, et di-xit:
Réd-di-te er-go, quæ sunt Cæ-sa-ris, Cæ-sa-ri, et quæ
sunt De-i, De-o, al-le-lú-ia! E u o u a e.

PER HEBDOMADAM

Lectio I.

PROPÓSUIT ergo Dániel in corde suo, ne polluerétur de mensa regis, neque de vino potus eius. Et rogávit eunuchórum præpósitum, ne contaminarétur. Dedit autem Deus Daniéli grátiam et misericórdiam in conspéctu princípis eunuchórum. Tu.

Lectio

ET ait princeps eunuchórum ad Dániel: Tímeo ego dóminum meum, regem, qui constituit vobis cibum et potum. Qui si víderit vultus vestros macilentióres præ céteris adolescentibus coævis vestris, condemnábitis caput meum regi. Tu autem.

Lectio

ET dixit Dániel ad Málasar, quem constitúerat princeps eunuchórum · super Dániel, Ananíam, Mísael · et Azariám. Tenta nos, óbsecro, servos tuos diébus decem, et dentur nobis legúmina ad vescéndum, et aqua ad bibéndum! Tu.

Lectio

ET contempláre vultus nostros et vultus puerórum, qui vescúntur cibo régio, et, sicut víderis, sic fácies cum servis tuis! Quo audito sermóne huiuscémodi, tentávit eos decem diébus. Tu.

Lectio

POST dies autem decem apparuérunt vultus eórum melióres et corpulentióres præ ómnibus púeris, qui vescebántur cibo régio. Tu.

Lectio

PORRO Málasar tollébat cibária et vinum potus eórum, dabátque eis legúmina. Púeris autem his dedit Deus sciéntiam et disciplínam in omni libro et in omni sapiéntia, Daniéli autem intelligéntiam ómnium visiónum · et somniórum. Tu.

Lectio

IN anno secúndo regni Nabuchodónosor, vidit Nabuchodónosor sómnum, et contrítus est spíritus eius, et sómnum eius fugit ab eo. Tu.

Lectio

PRÆCÉPIT ergo rex, ut convocaréntur haríoli · et magi · et maléfici · et Chaldæi, ut indicarent regi sómnia sua. Qui, cum venissent, steterunt coram rege. Tu autem.

Lectio

ET dixit ad eos rex: Vidi sómnum, et, mente confúsus, ignóro, quid víderim. Responderúntque Chaldæi regi Syriáce: Rex, in sempitérnum vive, dic sómnum servis tuis, et interpretatiónem eius indicábimus. Tu.

DOMINICA VICESIMA QUARTA ET ULTIMA

[ad vesperas]

Capitulum

ECCE, dies véniunt, dicit Dóminus, et suscitábo David germen iustum, et regnábít rex, et sápiens erit, et fáciet iudícium et iustítiam in terra. Deo.

Responsorium: Laudábilis pópulus.

Ad Magnificat antiphona · 1d1

Qui cæ - ló - rum cón - ti - nes thro - nos, * et a - býs - sos in - tu -
 é - ris, Dó - mi - ne, rex re - gum, montes pón - de - ras, ter - ram
 pal - mo con - clú - dis, ex - áu - di nos, De - us,⁴⁰ in ge - mí -
 ti - bus no - stris! E u o u a e.

Oratio

EXCITA, Dómine, quæsumus, tuórum fidélium voluntátes, ut, divíni óperis fructum propénsius exsequéntes, pietátis tuæ remédia maióra percípiant. Per.

⁴⁰ *Edd. om. nos*] Deus

[Ad matutinum]

Invitatorium: Laudábilem virum et cetera, ut supra.

Lectio I.

VERBUM Dómini, quod factum est ad Micháeam Morasthíten in díebus Iónathan, Achaz et Ezéchiæ, regum Iuda, quod vidit super Samáriam et Ierúsalem. Audíte, pópule meus, et atténdat terra et ple-nítúdo eius! Et sit Dóminus, Deus vobis in testem, Dóminus in tem-plo sancto suo! Hæc dicit Dóminus, Deus: Convertímini.

Lectio II.

QUIA ecce, Dóminus · egrediétur de loco suo, et descéndet et calcá-bit super excélsa terræ. Et consuméntur montes subtus eum, et valles scindéntur, sicut cera a fácie ignis, sicut aquæ, quæ decúrrunt in præceps. In scélere Iacob omne istud, et in peccátis domus Israel. Quod scelus Iacob, nonne Samária? Et quæ excélsa Iudæ, nonne Ierú-salem? Hæc dicit.

Lectio III.

ET ponam Samáriam, quasi acérvum lápidum in agro, cum plan-tátur vínea. Et détraham in vallem lápides eius, et fundaménta eius revelábo. Et ómnia sculptília eius concidéntur, et omnes mercé-des eius comburéntur igni, et ómnia idóla eius ponam in perditiónem, quia de mercédibus meretrícis congregáta sunt, et usque ad mercédem meretrícis converténtur. Hæc.

Lectio IV.

DEUS, qui cupit díligi a nobis, et ómnia facit propter hoc, et nec Unigénito suo pepércit pro salúte nostra et caritáte, et qui optat, ut ita dicam, ut quocúmque pacto et quandocúmque reconciliémur ei, quómodo pæniténtes nos et convérsos ad se non libénter suscípiet et amábit, ut filios? Tu.

Lectio V.

NAM quo prospéctu putas illud díxerit per prophétam: Dic tu in-iquitátes tuas prior, ut iustificéris? Nonne cúpiens nos ad amó-rem suum revocáre, et ad íntimum caritátis afféctum? Si quis enim díligit amicum, si forte multas ab eo iniúrias pértulit, et nec síquidem avérsus est amor eius erga diléctum, si proférri in médium et expóni iniúrias velit, certum est. Tu.

Lectio VI.

QUIA nullam áliam ob causam fieri id cupit, nisi ut interrogátio fiat amóris veheméntior et valídior, multo, quam dudum. Quod, si sola conféssio peccatórum tantam reconciliatiónis matériam tenet, quanto maior erit reconciliándi fidúcia, si ipsis opéribus pæniténtiæ, quæ commísimus, diluámus? Tu.

Secundum Ioannem

IN illo témpore. Cum sublevásset óculos Iesus, et vidísset, quia multitúdo máxima venit ad eum, dicit ad Philíppum: Unde emémus panes, ut mandúcent hi? Et réliqua.

Homélia venerábilis Bedæ presbýteri.

Lectio VII.

OCULI Dómini in Scriptúris dúplicem habent significatióem. Aliquándo enim dona Spíritus Sancti significánt, aliquándo respéctum miseratiónis. Dona Spíritus Sancti, sicut in Zacharía légitur: In lápide uno · óculi septem sunt. Et Ioánnes in Apocalýpsi: Vidi agnum occísium, habéntem córnua septem et óculos septem, qui sunt septem spíritus Dei, missi in omnem terram. Tu.

Lectio VIII.

RESPÉCTUM miseratiónis, sicut in psalmis légitur: Oculi Dómini super iustos. Et íterum: De cælo respéxit Dóminus, vidit omnes filios hóminum. Cum enim eius óculis nuda et apérta sint ómnia, tunc nos vidére dicitur, quando nobis dona suæ grátiae tríbuit, vel nos a pressúra tribulatiónis líberat, sicut ait Móysi: Videns vidi afflictiónem pópuli mei, qui est in Ægýpto, et descénderé liberáre eum. Tu.

Lectio IX.

IN hoc ergo loco sublevátio oculórum Dómini respéctum miseratiónis significat, vel vidére, quia turbas, quas póstea pavit, prius misericórditer inspéxit. His enim óculis Dóminus Petrum respéxit, quando, egréssus foras, amáre flevit. *Dicit Dóminus ad Philíppum: Unde emémus panes, ut mandúcent hi?* Interrogávit ergo Dóminus discipulum, non ut eum reprehénderet, neque ut ab eo áliquíd dísceret. Quod sollícite evangelísta manifestáre curávit, cum prótinus subiúnxit: *Hoc autem dicébat, tentans eum, ipse enim sciébat, quid esset factúrus.* Tu.

[Ad laudes]

Ad Benedictus antiphona · 1g1

Cum sub-le-vás-set * ó - cu - los le - sus, et vi - dís - set
 má - xi-mam mul - ti - tú - di - nem, ve - ni - én - tem ad se,
 di - cit ad Phi - líp-pum: Un - de e - mé - mus pa - nes,
 ut man-dú - cent hi? Hoc au-tem di - cé - bat tentans e - um,
 i - pse e - nim sci - é - bat, quid es - set fa - ctú - rus.
 E u o u a e.

Ad sextam

Capitulum

IN diébus illis salvábitur Iuda, et Israel habitábit confidénter. Et hoc est nomen, quod vocábunt eum: Dóminus iustus noster. Deo.

Ad nonam

Capitulum

PROPTER hoc, ecce, dies véniunt, dicit Dóminus, et non dicent ultra: Vivit Dóminus, qui edúxit filios Israel de terra Ægýpti, sed: Vivit Dóminus, qui edúxit et addúxit semen domus Israel de terra aquilónis et de cunctis terris, ad quas eieceram eos illuc, et habitábunt in terra sua, dicit Dóminus omnípotens. Deo.

[Ad vesperas]

Ad Magnificat antiphona · 1d1



Il - li er - go hó - mi - nes, * cum vi - dís - sent si - gnum, quod fé -
 ce - rat,⁴¹ di - cé - bant, qui - a hic est ve - re pro - phé - ta,
 qui ven - tú - rus est in mundum. E u o u a e.

PER HEBDOMADAM

Lectio I.

ONUS Nínive. Liber visiónis Nahum Elcesái. Deus æmulátor et ulciscens Dóminus, ulciscens Dóminus, et habens furórem, ulciscens Dóminus in hostes suos, et iráscens ipse inimícis suis. Tu autem.

⁴¹ BNS vidissent] quod fecerat signum

Lectio

DÓMINUS pátiens et magnus fortitúdine, et mundans non fáciat innocéntem. Dóminus, in tempestáte et túrbine viæ eius, et nébulæ pulvis pedum eius. Tu.

Lectio

INCREPANS mare, et exsiccans illud, et ómnia flúmina ad desértum dedúcens. Infirmátus est Basan et Carmélus, et flos Líbani elánguit. Tu.

Lectio

MONTES commóti sunt ab eo, et colles desoláti sunt. Et contrémuit terra a fácie eius, et orbis et omnes habitántes in eo. Tu.

Lectio

ANTE fáciem indignatiónis eius quis stabit? Et quis resístet in ira furóris eius? Indignátió eius effúsa est, ut ignis, et petræ dissolútæ sunt ab eo. Tu.

Lectio

BONUS Dóminus, et confórtans in die tribulatiónis, et sciens sperántes in se. Et in dilúvio prætereúnte consummatiónem fáciat loci eius, et inimícos eius ténebræ persequéntur. Tu.

Lectio

QUID cogitátis contra Dóminum? Consummatiónem ipse fáciat. Non consúrget duplex tribulátió. Quia, sicut spinæ se ínvicem complectúntur, sic convívium eórum, páriter potántium. Tu.

Lectio

CONSUMÉNTUR, quasi stípula ariditate plena. Ex te enim exíbit cógitans contra Dóminum malítiam, mente pertráctans prævaricatiónem. Tu.

Lectio

HÆC dicit Dóminus: Si perfécti fúerint, et ita plures, sic quoque attondéntur et pertransíbunt. Afflíxi te, et non affligam te ultra, et nunc cónteram virgam de dorso tuo, et víncula tua dirúmpam. Tu.

INDEX VERSICULORUM

DOMINICIS DIEBUS

- V.** Vespertína orátio ascéndat ad te, Dómine!
R. Et descéndat super nos misericórdia tua!
- V.** Dirigátur, Dómine, orátio mea!
R. Sicut incénsus, in conspéctu tuo!
- V.** Memor fui nocte nóminis tui, Dómine.
R. Et custodívi legem tuam.
- V.** Quóniam tu illúminas lucérnam meam, Dómine.
R. Deus meus, illúmina ténebras meas!
- V.** Exaltáre, Dómine, in virtúte tua!
R. Cantábimus et psallémus virtútes tuas.
- V.** Hæc dies, quam fecit Dóminus.
R. Exsultémus et lætémur in ea!
- V.** Dóminus regnávit, exsúltet terra!
R. Læténtur ínsulæ multæ!

INDEX TITULORUM

Dominica prima in æstate.....	5
Per hebdomadam.....	23
Dominica secunda.....	25
Per hebdomadam.....	30
Dominica tertia.....	31
Per hebdomadam.....	36
Dominica quarta.....	38
Per hebdomadam.....	43
Dominica quinta.....	44
Per hebdomadam.....	50
Dominica sexta.....	52
Per hebdomadam.....	57
Dominica septima.....	58
Per hebdomadam.....	64
Dominica octava.....	65
Per hebdomadam.....	70
Dominica nona.....	71
Per hebdomadam.....	86
Dominica decima.....	87
Per hebdomadam.....	92
Dominica undecima.....	94
Per hebdomadam.....	99
Dominica duodecima.....	100
Per hebdomadam.....	104
Dominica tredecima.....	106
Per hebdomadam.....	122
Dominica quartadecima.....	123
Per hebdomadam.....	128
Dominica quintadecima.....	129
Per hebdomadam.....	141
Dominica sextadecima.....	142
Per hebdomadam.....	152
Feria quarta quattuor temporum.....	153
Feria sexta.....	155
Sabbato.....	157
Dominica decima septima.....	159
Per hebdomadam.....	173

Dominica decima octava.....	175
Per hebdomadam.....	179
Dominica decima nona	180
Per hebdomadam.....	184
Dominica vicesima	186
Per hebdomadam.....	190
Dominica vicesima prima	192
Per hebdomadam.....	208
Dominica vicesima secunda	209
Per hebdomadam.....	214
Dominica vicesima tertia	215
Per hebdomadam.....	219
Dominica vicesima quarta et ultima	221
Per hebdomadam.....	225
Index versiculorum.....	227
Index titulorum	228
Index fontium.....	230

INDEX FONTIUM

TEXTUS

- BS 1480 *Breviarium de tempore et sanctis etiam commune sanctorum per anni circulum iuxta consuetudinem et ritum sacræ ecclesiæ Strigoniensis.* Erhardus Ratdolt, Venezia 1480.
- BS 1484 *Breviarium de tempore et sanctis etiam commune sanctorum per anni circulum iuxta consuetudinem et ritum sacræ ecclesiæ Strigoniensis.* Georgius Stuchs, Nürnberg 1484.
- BS 1558 *Breviarium secundum usum almæ et metropolitanæ ecclesiæ Strigoniensis.* Raphael Hoffhalter, Wien 1558.
- OAgr *Ordinarius sive rubricella ad veram notulam almæ Agriensis ecclesiæ.* Ioannes Haller, Kraków 1509. Editio: DOBSZAY László: *Liber Ordinarius Agriensis (1509).* MTA Zenetudományi Intézet, Budapest 2000. (Musicalia Danubiana Subsidia 1)

MELODIÆ

- BNS Praha, Strahovská knihovna DE I 7: *Proprium de tempore breviarum notati Strigoniensis sæculi XIII.* Facsimile: Szendrei Janka: *Breviarium notatum Strigoniense sæculi XIII.* Zenetudományi Intézet, Budapest 1998. (Musicalia Danubiana 17)
- Ist Ístanbul, Topkapı Sarayı Müzesi Deissmann 42: *Antiphonale Hungaricum circa 1360.* Facsimile: Szendrei Janka: *The Istanbul Antiphonal about 1360.* Akadémiai Kiadó, Budapest 2002. (Musicalia Danubiana 18)
- Kn 1 Bratislava, Archív Mesta EC Lad 6 (olim: Knauz 1): *Proprium de tempore antiphonalis Strigoniensis, forsitan de Buda, exeunte sæculo XV.*

Nyomta és kötötte
a Könyvpont Kiadó nyomdája,
1088 Budapest, Múzeum utca 7.
Nyomdavezető: Gembela Zsolt
nyomda@konyvpontkiado.hu